
LECTIO BREVIS

Opórtet Christum regnáre, donec ponat omnes inimícos sub pédibus eius: Novissíma autem inimíca destruétur mors: ómnia enim subiécit sub pédibus eius. † Cum autem dicat: Omnia subiécta sunt ei, sine dúbio præter eum qui subiécit ei ómnia. † Cum autem subiécta fúerunt illi ómnia, tunc et ipse Fílius subiéctus erit ei qui subiécit sibi ómnia, ut sit Deus ómnia in ómnibus.

RESPONSORIUM BREVE

**VI**



Se-des tu- a, De- us, * In sǽ- cu- lum sǽcu-li. ℣. Sce-



ptrum æqui- tá- tis regni tu- i. * In sǽ- cu- lum sǽ-cu- li.



Gló-ri- a. Se-des.

Ad Magnificat, ant.

*Anno A:* (p. 1450) AG 1003 (cf. OCO 409)

**VII a**



Ha-bet in ve-stiménto et in fémo-re su- o scriptum:





Rex Re- gum, et Dómi-nus domi-nán-ti- um. Ipsi gló-



ri- a et impé- ri- um, in sǽcu-la sæ-cu- ló-rum. *C.* Magní-fi-



cat * á-nima me- a Dóminum.

*Anno B:* (p. 1450) AM 199 (OCO 409)

**VII a**



De cæ- lo vé- ni- et Dómi-na- tor Dómi-nus, et in



ma-nu e- ius ho-nor et impé- ri- um. *C.* Magní-fi-cat * á-ni-



ma me- a Dóminum.

*Anno C:* (p. 1432, 1434) AM 439 (OCO 409)

**I b**



A- it la-tro ad latró-nem: Nos quidem digna factis



re- cí-pi-mus: hic autem quid fe-cit? Meménto me- i Dó-mi-



ne, dum vé-ne-ris in regnum tu- um. *C.* Magní-fi-cat * á-nima



me- a Dóminum.

*Preces et Oratio ut in I Vesperis.*



HYMNI AD LIBITUM

*Ad Officium Lectionis:*

II



1. Di- es i- ræ, di- es il-la, Solvet sæclum in fa-víl- la:



Tes-te Da-vid cum Si-býl-la. 2. Quantus tremor est fu-túrus,



Quando iu-dex est ventú-rus, Cuncta stric-te discussú-rus!



3. Tu- ba, mirum spar- gens sonum Per se-púlcra re-gi- ó-num,



Co-get omnes ante thronum. 4. Mors stupébit et natú-ra,



Cum re- súrget cre- a- tú- ra, Iu- di-cán- ti responsú- ra.



5. Li- ber scrip-tus pro- fe-ré- tur, In quo to-tum con-tiné-tur,




***Ad Laudes matutinas***









*Oratio*

Exita, quæsumus, Dómine, tuórum fidélium voluntátes: ut, divíni óperis fructum propénsius exsequéntes; pietátis tuæ remédia maióra percípiant: Per Dóminum.

*Ad Vesperas:*


II
1. Peccatrí-cem qui sol-vís-ti, Et latró- nem ex-audísti,
Mi- hi quoque spem de-dís-ti. 2. Preces me- æ non sunt dignæ
Sed tu bo-nus fac be-nígne, Ne pe- rénni cremer igne.
3. Inter o-ves lo- cum præ-sta, Et ab hæ-dis me sequéstra,
Stá- tu- ens in par-te dextra. 4. Confu-tá-tis ma- le-díctis,
Flammis á-cri- bus addíc-tis, Voca me cum bene-díctis.
5. O- ro supplex et acclí- nis, Cor contrí-tum qua-si ci-nis,
Ge-re cu-ram me- i fi-nis. 6. Lacri-mó- sa di- es il- la,




Qua re- súrget ex fa-víl-la. Iu-di-cánti ho- mo re- us:
Hu- ic er-go par- ce, De- us. 7. O tu, De- us, ma- iestá- tis,
alme candor Tri-ni-tá-tis, nos coniúnge cum be- á-tis. A-men.

**PSALTERIUM**



## DOMINICA HEBDOMADÆ I

### Ad I Vesperas

HYMNUS cf. AG 286


















PSALMODIA

Ant. 1 AG 259 (cf. OCO 410)

VIII b












Psalmus 140: 1–9

[Dómine, clamávi ad te, ad me fe**stí**na; *
inténde voci meæ, cum *cla*mo **ad** te.]
Dirigátur orátio mea sicut incénsum in conspéctu **tu**o, *
elevátio mánuum meárum ut sacrifícium *ves*per**tí**num.
Pone, Dómine, custódiam ori **me**o, *
et vigílias ad óstium labió*rum* me**ó**rum.
Non declínes cor meum in opus ma**lí**tiæ, *
ad machinándas machinatiónes in im*pi*e**tá**te,
cum homínibus operántibus iniqui**tá**tem; *
et non cómedam ex delíci*is* e**ó**rum.
Percútiat me iustus in misericórdia et íncrepet *me*; †
oleum autem peccatóris non impínguet caput **me**um, *
quóniam adhuc et orátio mea in malíti*is* e**ó**rum.
Deiécti sunt iuxta petram iúdices e**ó**rum, *
qui audíerant verba mea, quóniam suá*vi*a **e**rant.
Sicut frusta dolántis et dirumpéntis in **ter**ra, *
dissipáta sunt ossa eórum ad fau*ces* in**fér**ni.
Quia ad te, Dómine, Dómine, óculi **me**i; *
ad te confúgi, non effúndas á*ni*mam **me**am.
Custódi me a láqueo quem statuérunt **mi**hi, *
et a scándalis operántium i*ni*qui**tá**tem.
Glória Patri, et **Fí**lio, *
et Spirí*tu*i **Sanc**to.
Sicut erat in princípio, et nunc et **sem**per, *
et in saécula sæcu*ló*rum. **A**men.

Ant. 2 AJ 1:126 (cf. OCO 410)

VIII b





*Ps.* Vo-ce me- a ad Dóminum **cla-** mo, * voce mea ad Dó*mi*-num



**dé**pre-cor; [flex]

Psalmus 141

[Voce mea ad Dóminum **cla**mo, *
voce mea ad Dó*mi*num **dé**precor;]
effúndo in conspéctu eius lamentatiónem **me**am, *
et tribulatiónem meam ante ip*sum* pron**ún**tio.
In deficiéndo in me spíritus **me**us, *
tu cognovísti sé*mi*tas **me**as.
In via qua ambu**lá**bam, *
abscondérunt Iá*que*um **mi**hi.
Consídera ad déxteram, et **vi**de: *
et non est *qui* ag**nós**cat me.
Périit fuga **a** me, *
et non est qui requírat á*ni*mam **me**am.
Clamávi ad te, Dó*mi*ne; †
dixi: « Tu es refúgium **me**um, *
pórtio mea in ter*ra* vi**vén**tium.
Inténde ad deprecatiónem **me**am, *
quia humiliá*tus* sum **ni**mis.
Líbera me a persequénti**bus** me, *
quia confortá*ti* sunt **su**per me.
Educ de custódia ánimam **me**am *
ad confiténdum nó*mi*ni **tu**o;
circúmdabunt me **ius**ti, *
cum retribúeris mihi ».



Ant. 3 AG 487 (cf. OCO 410)

VIII a



Nonne sic opórtu- it pa- ti Christum, et intrá-re in



gló-ri- am su- am? *C.* Christus Iesus, cum in forma Dei **es-** set, *



non rapínam arbitrátus est esse se æ*quá*-lem **De-** o. [flex]

Canticum Phil 2: 6–11

[Christus Iesus, cum in forma Dei **es**set, *
non rapínam arbitrátus est esse se æ*quá*lem **De**o,]
sed semetípsum exinanívit, formam servi accípi*ens*, †
in similitúdinem hóminum **fac**tus *
et hábitu invén*tus* ut **ho**mo.
Humiliávit semetíp*sum* †
factus oboédiens usque ad **mor**tem, *
mortem *au*tem **cru**cis.
Propter quod et Deus exaltávit il*lum* †
et donávit illi **no**men, *
quod est super *om*ne **no**men,
ut in nómine Iesu omne genu flec**tá**tur *
cæléstium, terréstrium et *in*fer**nó**rum,
et omnis lingua confite**á**tur *
quia Dóminus Iesus Christus in glória est *De*i **Pa**tris.

LECTIO BREVIS

O altitúdo divitiárum sapiéntiæ et sciéntiæ Dei! † Quam in comprehensibilia sunt iudícia eius, et investigábiles viæ eius! Qui enim cognóvit sensum Dómini, aut quis consiliárius eius fuit? † Aut quis prior dedit illi, et retribuétur ei? Quóniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt ómnia; ipsi glória in sǽcula.

RESPONSORIUM BREVE

VI



Quam magni- fi- cá- ta sunt * Ope-ra tu- a, Dómi-ne.



Quam. ℣. Omni- a in sa-pi- énti- a fe-cís-ti. * O-pe- ra tu- a,



Dómi-ne. Gló- ri- a. Quam.

*Vel Responsorium prolixum:* AJ 2: 126 (POP 709)

I



℟. Sur-re- xit Pastor bo- nus, qui pó-tu- it á-nimam



su- am pro ó- vi- bus su- is, * Et pro su- o



gre- ge mo-ri dig-ná- tus est: ✠ al-le- lú- ia, al-



le- lú- ia. ℣. E-te- nim Pascha nos-trum im-





mo-lá- tus est Chris- tus. * Et pro. [Gló-ri- a. ✠ al-



le- lú- ia. ]

*Ad Magnificat, antiphona ut in Proprio de Tempore.*

PRECES cf. AG 96

Uni Deo, Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto, glóriam dicén*tes*, † humíliter deprecé*mur*: *Adésto pópulo tuo, Dómine.*
Dómine sancte, Pater omnípotens, fac ut in terra nostra oriátur iustíti*a*.
— et sedébat pópulus utus in pulchritúdine pa*cis*.
Da plenitúdinem géntium in regum tuum intrá*re*,
— et sic omnes pópuli salvi fi*ent*.
Præsta ut in tua pace cóniunges máneat et voluntá*te*,
— atque in mútua semper caritáte vi*vant*.
Renunerári dignáre, Dómine, omnes nobis bona facién*tes*,
— et vitam ætérnam da e*is*.
Odio et bellis perémptos réspice miserá*tus*,
— eos in cæléstem réquiem dignáre suscí*pe*re.
Pater noster *in tono solemni.*

*Oratio de Proprio Temporis.*

## Ad Invitatorium

Ant. (Ps. t. 6a, p. 1379) Poissy MS, fo. 58r, cf. AJ 1: 60 (cf. LHR 179)

VI a



Ve-ní- te, exsultémus Dó-mi- no, al-le- lú- ia. *Ps.* Iu-



bi-lemus De- o sa-lu- ta- ri nostro.

HYMNUS cf. AG 74

VIII


1. Æ- térne re-rum cóndi-tor, noctem di-émque qui re-gis,



et tém- po- rum das témpo- ra ut ál- le-ves fa-stí- di um.



2. Præ- co di- é- i iam so-nat, noctis pro- fúndæ pérvi- gil,



noctúr- na lux vi- án-ti- bus a no- cte no-ctem sé-gre-gans.



3. Hoc exci- tá- tus lú- ci- fer solvit po-lum ca- lí- gi- ne;



hoc om- nis er-ró- rum cho- rus vi- as no-cén-di dé- se- rit.



4. Hoc nauta vi- res cól- li-git pontí- que mi- té-scunt fre- ta;





hoc, i- pse Petr*a* Ecclé-si- æ, ca-nén- te, cul-pam dí- lu- it.



5. Ie- su, la-bán-tes ré-spi- ce et nos vi-déndo cór- ri- ge;



si ré- spi- cis, lapsus ca- dunt flectú- que cul-pa sól- vi- tur.



6. Tu, lux, re- fúl-ge sénsi-bus mentísque somnum dí-scu- te;



te no- stra vox primum so- net et vo- ta sol-vá-mus ti- bi.



7. Sit, Christe, rex pi- ís-sime, ti-bi Pa-trí-que glo- ri- a



cum Spí- ri-tu Pa- rácli-to, in sempi- térna sǽ-cu- la. A- men.

## Ad Officium lectionum

PSALMODIA

Ant. 1 AJ 1: *58, cf. 379r (cf. OCO 410)

**IV a**



Se-cus de-cúrsus aquá-rum plantá-vit ví-ne- am iu-stó-



rum, et in le-ge Dómi-ni fu- it vo-lúntas e- ó-rum. *Ps.* Be-átus



vir, qui non ábiit in consílio impió-*rum*, † et in via peccató-*rum*



non **ste-** tit, * et in convéntu deri-*só*-rum non **se-** dit.

Psalmus 1

[Beátus vir, qui non ábiit in consílio impiórum, †
 et in via peccatórum non stetit, *
 et in convéntu derisórum non sedit;]
sed in lege Dómini vo*lún*tas **e**ius, *
 et in lege eius meditátur *di*e ac **no**cte.
Et erit tamquam lignum plantátum secus decúr*sus* a**quá**rum, *
 quod fructum suum dabit in *tém*pore **su**o;
et fólium e*ius* non **dé**fluet, *
 et ómnia quæcúmque fáciet *pro*spera**bún**tur.
Non sic ím*pi*i, **non** sic, *
 sed tamquam pulvis quem *pró*icit **ven**tus.
Ideo non consúrgent ímpii *in* iu**dí**cio, *
 neque peccatóres in concí*li*o iu**stó**rum.



Quóniam novit Dóminus vi*am* iu**stó**rum, *
 et iter impi*ó*rum pe**rí**bit.

Ant. 2 Poissy MS, fo. 53v; cf. AJ 1: 30 (cf. OCO 410)

**VIII a**



Serví- te Dómi-no in timó-re, et ex-ul-tá- te e- i



cum tremó-re. *Ps.* Qua-re fremuérunt **gen-**tes, * et pópuli meditá-



ti *sunt* i-**ná**ni- a? [flex]

Psalmus 2

[Quare fremuérunt gentes, *
 et pópuli meditáti sunt inánia?]
Astitérunt reges ter*ræ*, †
 et príncipes convenérunt in **u**num *
 advérsus Dóminum et advérsus *chri*stum **e**ius:
« Dirumpámus víncula e**ó**rum, *
 et proiciámus a nobis iu*gum* i**psó**rum! »
Qui hábitat in cælis irridébit **e**os, *
 Dóminus subsan*ná*bit **e**os.
Tunc loquétur ad eos in ira **su**a, *
 et in furóre suo contur*bá*bit **e**os:
« Ego autem constítui regem **me**um *
 super Sion, montem *san*ctum **me**um! »
Prædicábo decrétum e*ius*: †
 Dóminus dixit ad me: « Fílius meus **es** tu, *
 ego hódie *gé*nu**i** te.
Póstula a me, et dabo tibi gentes hereditátem **tu**am, *
 et possessiónem tuam tér*mi*nos **ter**ræ.
Reges eos in virga **fér**rea, *
 et tamquam vas fíguli con*frín*ges **e**os ».

Et nunc, reges, intel**lé**gite, *
erudímini, qui iudi*cá*tis **ter**ram.
Servíte Dómino in ti**mó**re, *
et exsultáte ei *cum* tre**mó**re.
Apprehéndite disciplí*nam*, †
nequándo irascátur, et pereátis de **vi**a, *
cum exárserit in brevi *i*ra **e**ius.
Beati, **om**nes *
qui confí*dunt* in **e**o.

Ant. 3 Poissy MS, fo. 58r; cf. AJ 1: 60 (cf. OCO 410)




Psalmus 3

[Dómine, quid multiplicáti sunt qui tríbulant me? *
multi insúrgunt advérsum me,]
multi dicunt **á**nimæ **me**æ: *
Non est salus i*psi* in **De**o ».
Tu autem, Dómine, pro**téc**tor **me**us es, *
glória mea et exáltans *ca*put **me**um.
Voce mea ad Dómi**num** cla**má**vi, *
et exaudívit me de monte *san*cto **su**o.
Ego obdormívi **et** sopo**rá**tus sum, *
exsurréxi, quia Dómi*nus* sus**cé**pit me.
Non timébo mília pópuli **cir**cum**dán**tis me. *
Exsúrge, Dómine, salvum me fac, *De*us **me**us;
quóniam tu percussísti in maxíllam omnes adver**sán**tes **mi**hi, *
dentes peccatórum *con*tri**ví**sti.
Dómi**ni** est **sa**lus, *
et super pópulum tuum benedí*cti*o **tu**a.



℣. Verbum Christi hábitet in vobis abundánter.
℟. In omni sapiéntia commonéntes vosmetípsos.

*Responsoria prolixa: post Lectionem primam,* Surexit Pastor*, AJ 2:126 (POP 709); post Lectionem secundam,* Dignatus es*, AG 849 (POP 709).*

## Ad Laudes matutinas

PSALMODIA

Ant. 1 AG 402 (cf. OCO 410)




Psalmus 62: 2–9

[Deus, Deus meus es tu; *
ad te de luce vígilo.]
Sitívit in te **á**nima **me**a, *
te desiderávit **ca**ro **me**a.
In terra desérta et árida et inaquó*sa*, †
sic in sancto ap**pá**rui **ti**bi, *
ut vidérem virtútem tuam et **gló**riam **tu**am.
Quóniam mélior est misericórdia tua **su**per **vi**tas, *
lábia **me**a lau**dá**bunt te.
Sic benedícam te in **vi**ta **me**a, *
et in nómine tuo levábo **ma**nus **me**as.
Sicut ádipc et pinguédine repleátur **á**nima **me**a, *
et lábiis exsultatiónis lau**dá**bit os **me**um.

Cum memor ero tui super **stra**tum **me**um, *
in matutínis medí**tá**bor **de** te,
quia fuísti ad**iú**tor **me**us, *
et in velaménto alárum tuárum **ex**sul**tá**bo.
Adhǽsit ánima **me**a **post** te, *
me suscépit **déx**tera **tu**a.

Ant. 2 AG 21 (cf. OCO 410)

VIII a



Tres pu- e- ri ius- su re-gis in fornácem mis-si sunt,



non timéntes flammam ignis, dic-éntes: Be-ne- dí-ctus De- us,



alle-lú-ia. *C.* Benedícite, ómnia ópera Dómini, **Dó**mino; * laudá-



te et superexaltáte e- *um* in **sǽ**cu-la.

Canticum Dan 3: 57–88, 56

[Benedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino; *
laudáte et superexaltáte eum in sǽcula.]
Benedícíte, ángeli Dómini, **Dó**mino; *
benedícite, *cæ*li, **Dó**mino.
Benedícite, aquæ omnes quæ super cælos sunt, **Dó**mino; *
benedícite, omnes vírtútes Dó*mi*ni, **Dó**mino.
Benedícite, sol et luna, **Dó**mino; *
benedícite, stellæ *cæ*li, **Dó**mino.
Benedícite, omnis imber et ros, **Dó**mino; *
benedícite, omnes spíritus *De*i, **Dó**mino.



Benedícite, ignis et æstus, **Dó**mino; *
benedícite, frigus et *æ*stus, **Dó**mino.
Benedícite, rores et pruína, **Dó**mino; *
benedícite, gelu et *fri*gus, **Dó**mino.
Benedícite, glácies et nives, **Dó**mino; *
benedícite, noctes et *di*es, **Dó**mino.
Benedícite, lux et ténebræ, **Dó**mino; *
benedícite, fúlgura et *nu*bes, **Dó**mino.
Benedícat terra **Dó**minum; *
laudet et superexáltet e*um* in **sǽ**cula.
Benedícite, montes et colles, **Dó**mino; *
benedícite, universa germinántia in *ter*ra **Dó**mino.
Benedícite, fontes, **Dó**mino; *
benedícite, mária et flú*mi*na, **Dó**mino.
Benedícite, cete et ómnia quæ movéntur in aquis, **Dó**mino; *
benedícite, omnes vólucres *cæ*li, **Dó**mino.
Benedícite, omnes béstiæ et pécora, **Dó**mino; *
benedícite, fílii hó*mi*num **Dó**mino.
Benedícat Israël **Dó**mino; *
laudet et superexáltet e*um* in **sǽ**cula.
Benedícite, sacerdótes Dómini **Dó**mino; *
benedícite, servi Dó*mi*ni, **Dó**mino.
Benedícite, spíritus et ánimæ iustórum, **Dó**mino; *
benedícite, sancti et húmiles *cor*de, **Dó**mino.
Benedícite, Ananía, Azaría, Mísaël, **Dó**mino; *
laudáte et superexaltáte e*um* in **sǽ**cula.
Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto **Spí**ritu; *
laudémus et superexaltémus e*um* in **sǽ**cula.

Ant. 3 AG 557 (cf. OCO 410)

V



Be-neplá- ci- tum est Dómi-no in pó-pu-lo su- o: et



ex-al-tá- bit mansu- é- tos in sa-lú-tem, alle-lú-ia. *Ps.* Cantá-



te Dómino cánticum **no**-vum; * laus eius in ecclési-**a** san**ctó-**rum.

Psalmus 149

[Cantáte Dómino cánticum novum; *
laus eius in ecclésia sanctórum.]
Lætétur Israël in eo qui fecit **e**um, *
et fílii Sion exsúltent in **re**ge **su**o.
Laudent nomen eius in **cho**ro, *
in tympano et cíthara **psal**lant **e**i.
Quia beneplácitum est Dómino in pópulo **su**o, *
et honorábit mansuétos **in** sa**lú**tem.
Iúbilent sancti in **gló**ria, *
læténtur in cu**bí**libus **su**is.
Exaltatiónes Dei in gútture e**ó**rum, *
et gládii ancípites in máni**bus** e**ó**rum,
ad faciéndam vindíctam in nati**ó**nibus, *
castigati**ó**nes in **pó**pulis,
ad alligándos reges eórum in com**pé**dibus, *
et nóbiles eórum in **má**nicis **fér**reis,
ad faciéndum in eis iudícium con**scríp**tum: *
glória hæc est ómnibus **san**ctis **e**ius.

LECTIO BREVIS

Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, et Agno. † Benedíctio et cláritas et sapiéntia et gratiárum áctio: honor, virtus, et fortitúdo Deo nostro in sǽcula sæculórum, Amen.

RESPONSORIUM BREVE cf. AG 38

IV



Chri-ste, Fi- li De- i vi-vi, * Mi-se-ré- re no-bis. ℣. Qui





se-des ad déxte-ram Pa-tris. * Mi-se-ré- re no-bis. Gló- ri- a



Pa-tri et Fi- li- o et Spi-ri- tu- i Sancto. Chri-ste.

*Ant. ad Benedictus de Proprio temporum.*

PRECES

Christum Dóminum, diem et solem nostrum, qui illúminat omnem hóminem, et qui nescit occásum, † laudémus clamántes:
*O Dómine, vita et salus nostra!*
Primítias huius diéi síderum Creátor, a tua pietáte gratánter suscípimus.
— Resurrectiónen tuam commemorámus.
Spíritus tuus bonus hódie nos tuum fácere dóceat beneplácitum,
— et tau Sapiéntia dedúcat nos semper.
Magno cum gáudio cœtui dominicáli da nobis interésse,
— in circúitu mensæ verbi et córporis tui.
Grátias agunt tibi ánimæ nostræ,
— pro innúmeris benefíciis tuis.
Pater noster *in tono solemni. Oratio de Proprio temporis.*

## Ad Horam mediam

PSALMODIA

Ant. 1 AG 441 (cf. OCO 410)

VIII a



Bonum est spe-ra-re in Do-mi- no, quam spe-ra-re



in princi-pi-bus, al-le-lu-ia. *Ps.* Confitémini Dómino, quóniam



**bo-** nus, * quóniam in sæculum misericór*di-* a **e-** ius.

Psalmus 117 (I)

[Confitémini Dómino, quóniam bonus, *
 quóniam in sæculum misericórdia eius.]
Dicat nunc Israël, quóniam **bo**nus, *
 quóniam in sæculum misericór*di*a **e**ius.
Dicat nunc domus **Aa**ron, *
 quóniam in sæculum misericór*di*a **e**ius.
Dicant nunc qui timent **Dó**minum, *
 quóniam in sæculum misericór*di*a **e**ius.
De tribulatióne invocávi **Dó**minum, *
 et exaudívit me edúcens in latitú*di*nem **Dó**minus.
Dóminus **me**cum, *
 non timébo quid fáciat *mi*hi **ho**mo.
Dóminus mecum adiútor **me**us, *
 et ego despíciam ini*mí*cos **me**os.
Bonum est confúgere ad **Dó**minum, *
 quam confíde*re* in **hó**mine.
Bonum est confúgere ad **Dó**minum, *
 quam confídere *in* prin**cí**pibus.

Ant. 2 AV 130 (cf. OCO 410)

IV a



For-ti-tú-do me- a: et laus me- a Dóminus, et factus est



mi- hi in sa-lú-tem, al- le- lu- ia. *Ps.* Omnes gentes cir-*cu-* i- **é-**





runt me, * et in nómine Dómini *ex*cí-di **e-** os. [flex]

II

[Omnes gentes circuiérunt me, *
 et in nómine Dómini excídi eos.]
Circumdántes cir*cum*de**dé**runt me, *
 et in nómine Dómini *ex*cídi **e**os.
Circumdedérunt me sicut a*pes*, †
 et exarsérunt sicut i*gnis* in **spi**nis, *
 et in nómine Dómini *ex*cídi **e**os.
Impelléntes impulérunt *me*, ut **cá**derem, *
 et Dó*mi*nus adi**ú**vit me.
Fortitúdo mea et laus *me*a **Dó**minus, *
 et factus est mi*hi* in sa**lú**tem.
Vox iubilatiónis *et* sa**lú**tis *
 in taberná*cu*lis iu**stó**rum.
Déxtera Dómini fecit virtú*tem*, †
 déxtera Dómini *ex*al**tá**vit me; *
 déxtera Dómini *fe*cit vir**tú**tem.
Non móri*ar* sed **vi**vam, *
 et narrábo *ó*pera **Dó**mini.
Castígans castigá*vit* me **Dó**minus, *
 et morti *non* trádi**dit** me.

Ant. 3 GR 698 (OCO 410)

VIII a



Ape- rí- te mi-hi por-tas iustí- ti- æ, et ingrés-sus



in e- as confi- té-bor Dómi-no, al-le-lu- ia. † *Ps.* hæc porta **Dó-**



mini, * iusti intrá*bunt* in **e-** am.

III

[Aperíte mihi portas iustitiæ, *
ingréssus in eas confitébor Dómino;
† hæc porta Dómini, *
iusti intrábunt in eam.]
Confitébor tibi, quóniam exau**dí**sti me, *
et factus es mihi *in* sa**lú**tem.
Lápidem quem reprobavérunt ædifi**cán**tes, *
hic factus est in *ca*put **án**guli;
a Dómino factum est **i**stud, *
et est mirábile in ó*cu*lis **no**stris.
Hæc est dies quam fecit **Dó**minus: *
exsultémus et læté*mur* in **e**a.
O Dómine, salvum **me** fac; *
o Dómine, da pro*spe*ri**tá**tem.
Benedíctus qui venit in nómine **Dó**mini. *
Benedícimus vobis de *do*mo **Dó**mini.
Deus Dóminus et illúxit **no**bis. *
Instrúite sollemnitátem in ramis condénsis,
usque ad córnu*a* al**tá**ris.
Deus meus es tu, et confitébor **ti**bi, *
Deus meus, et *ex*al**tá**bo te.
Confitémini Dómino, quóniam **bo**nus, *
quóniam in sæculum misericór*di*a **e**ius.

## Ad Tertiam

LECTIO BREVIS

Nos, qui credídimus, cognóvimus caritátem, quam habet Deus in nobis. † Deus cáritas est, et qui manet in caritáte: in Deo manet, et Deus in eo manet.

℣. Inclína cor meum, Deus, in testimónia tua.
℟. In via tua vivífica me.



*Oratio, ut in Proprio de Tempore.*

## Ad Sextam

LECTIO BREVIS

Quæ semináverit homo, hæc et metet; † quóniam, qui séminat in carne sua, de carne metet corruptiónem: qui autem séminat in spíritu, de spíritu metet vitam ætérnam.

℣. In ætérnum, Dómine, verbum tuum.
℟. In generatiónem et generatiónem véritas tua.

## Ad Nonam

LECTIO BREVIS

Bonum faciámus infatigábiles, témpore enim suo metémus non deficiéntes. † Ergo dum tempus habémus, operémur bonum ad omnes: máxime autem ad domésticos fídei.

℣. Clamávi in toto corde meo, exáudi me, Dómine.
℟. Iustificatiónes tuas servábo.

## Ad II Vesperas

HYMNUS AG 74

VIII



1. Lu- cis cre- á-tor óptime, lu-cem di-é-rum pró-fe- rens,



pri- ór- di- is lu- cis no-væ mundi pa-rans o-rí- gi-nem.



2. Qui mane iunctum vés-pe-ri di- em vo-cá- ri præ-ci- pis:






PSALMODIA

Ant. 1 AG 65 (cf. OCO 417)




Psalmus 109: 1–5, 7

[Dixit Dóminus Dómino meo: *
« Sede a dextris meis,
† donec ponam ini**mí**cos **tu**os *
scabéllum **pe**dum tu**ó**rum »,]
Virgam poténtiæ tuæ emíttet **Dó**minus **ex** Sion: *
domináre in médio inimi**có**rum tu**ó**rum.
Tecum principátus in die virtútis tu*æ*, †
in splen**dó**ribus **sanc**tis, *
ex útero matutíni velut **ro**rem **gé**nui te.
Iurávit Dóminus et non pæni**té**bit **e**um: *
« Tu es sacérdos in ætérnum
secúndum órdi**nem** Mel**chí**sedech ».
Dominus a **dex**tris **tu**is, *
conquassábit in die iræ **su**æ **re**ges.
De torrénte in **vi**a **bi**bet, *
proptérea exal**tá**bit **ca**put.

Ant. 2 AG 72 (cf. OCO 410)




Psalmus 113A

[In éxitu Israël *de* Æ**gýp**to, *
  **do**mus Iacob de pópu*lo* **bár**baro,]
factus est Iuda sanctuá*ri*um **e**ius, *
  **Is**raël potés*tas* **e**ius.
Mare vi*dit* et **fu**git, *
  Ior**dá**nis convérsus est *re***trór**sum;
montes saltavérunt *ut* a**rí**etes, *
  **et** colles sicut ag*ni* **ó**vium.
Quid est tibi, mare, *quod* fu**gís**ti? *
  **et** tu, Iordánis, quia convérsus es *re***trór**sum?
Montes, quod saltástis si*cut* a**rí**etes, *
  **et** colles, sicut ag*ni* **ó**vium?
A fácie Dómini contre*mí*sce, **ter**ra, *
  **a** fácie De*i* **Ia**cob;
qui convértit petram in stag*na* a**quá**rum, *
  **et** sílicem in fontes *a***quá**rum.

Ant. 3 AG 18









Canticum Ap 19: 1–7






LECTIO BREVIS

Benedíctus Deus et Pater Dómini nostri Iesu Christi, Pater miersicordiárum et Deus totíus consolatiónis, † qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra: ut possímus et ipsi consolári est, qui in omni pressúra sunt, per exhortatiónem qua exhortámur et ipsi a Deo.



RESPONSORIUM BREVE cf. AG 52, 60, 151, 156, 161




*Ad Magnificat, antiphona ut in Proprio de Tempore.*

PRECES

Christum Dóminum adorántes, qui est caput nostrum et cuius nos membra sumus, † cum exultatióne clamémus:
*O Dómine, vita et salus noster!*

Ecclésiam tuam, Salvátor noster, unitátis géneris humáni vivídius constítue sacraméntum,
— et efficácius cunctis géntibus salútis mystérium.

Episcopórum collégio cum Papa nostro semper adésto,
— iísque unitátis, caritátis pacísque dona largíre.

Fac ut árctius uniántur tibi divíno cápiti christiáni,
— et regnum tum testimónio vitæ procláment.

Pacem mundo præstáre dignéris,
— ut secúritas et tranquíllitas ubíque floréscant.

Novíssimæ resurrectiónis glóriam concéde defúnctis,
— et illórum nos beatitúdinis fac esse consórtes.

Pater noster *in tono solemni. Oratio ut in Proprio de Tempore.*

## FERIA II HEBDOMADÆ I

### Ad Invitatorium

Ant. (Ps. t. 6a, p. 1379) AJ 1: 62, cf. Poissy MS, fo. 60r (cf. LHR 179)

VI a



Iu-bi-lémus De- o sa- lu- tá- ri nostro. *Ps.* Ve-ní- te



exsultémus Dómi-no.

HYMNUS cf. AG 166

VIII



1. Splendor pa-tér-næ gló-ri- æ, de lu-ce lu-cem pró-fe-rens,



lux lu-cis et fons lú-mi-nis, di- em di- es il-lúmi- nans.

2. Verúsque sol, illábere
micans nitóre pérpeti,
iubárque Sancti Spíritus
infúnde nostris sénsibus.

3. Votis vocémus et Patrem,
Patrem perénnis glóriæ,
Patrem poténtis grátiæ,
culpam reléget lúbricam.

4. Infórmet actus strénuos,
dentem retúndat ínvidi,
casus secúndet ásperos,
donet geréndi grátiam.

5. Mentem gubérnet et reget
casto, fidéli córpore;
fides calóre férveat,
fraudis venéna nésciat.

6. Christúsque nobis sit cibus,
potúsque noster sit fides;
læti bibámus sóbriam
ebrietátem Spíritus.

7. Lætus dies hic tránseat;
pudor sit ut dilúculum,
fides velut merídies,
crepúsculum mens nésciat.



8. Auróra cursus próvehit;
Auróra totus pródeat,
in Patre totus Fílius
et totus in Verbo Pater. Amen.

### Ad Officium lectionum

PSALMODIA

Ant. 1 AG 171 (cf. OCO 410)

VIII a



Salvum me fac, Dómi-ne, prop-ter mi-se-ri-cór-di- am



tu- am. *Ps.* Dómine, ne in furóre tuo árgu- **as** me, * neque in ira



tu- a cor*rí*-pi- **as** me. [flex]

Psalmus 6

[Dómine, ne in furóre tuo árguas me, *
 neque in ira tua corrípias me.]
Miserére mei, Dómine, quóniam in**fír**mus sum; *
 sana me, Dómine, quóniam conturbáta sunt *os*sa **me**a.
Et ánima mea turbáta est **val**de, *
 sed tu, Dó*mi*ne, **ús**quequo?
Convértere, Dómine, éripe animam **me**am; *
 salvum me fac propter misericór*di*am **tu**am.
Quóniam non est in morte qui memor sit **tu**i, *
 in inférno autem quis confité*bi*tur **ti**bi?
Laborávi in gémitu me*o,* †
 lavábam per síngulas noctes lectum **me**um; *
 lácrimis meis stratum me*um* ri**gá**bam.

Turbátus est a mæróre óculus **me**us, *
    inveterávi inter omnes ini*mí*cos **me**os.
Discédite a me, omnes qui operámini iniqui**tá**tem, *
    quóniam exaudívit Dóminus vocem *fle*tus **me**i.
Exaudívit Dóminus deprecatiónem **me**am, *
    Dóminus oratiónem me*am* su**scé**pit.
Erubéscant et conturbéntur veheménter omnes inimíci **me**i *
    convertántur et erubéscant val*de* ve**ló**citer.

Ant. 2 OHS 39 (cf. OCO 410)




Psalmus 9, I

[Confitébor tibi, Dómine, in toto corde meo; *
    narrábo ómnia mirabilia tua.]
Lætábor et exsul**tá**bo **in** te, *
    psallam nómini tu*o*, Al**tís**sime.
Cum convertúntur inimíci **me**i re**trór**sum, *
    infirmántur et péreunt a fá*ci*e **tu**a.
Quóniam fecísti iudícium meum et **cau**sam **me**am, *
    sedísti super thronum, qui iúdi*cas* iu**stí**tiam.
Increpásti gentes, perdi**dí**sti **ím**pium; *
    nomen eórum delésti in ætérnum et in sǽ*cu*lum **sǽ**culi.
Inimíci defecé*runt;* †
    solitúdines sempitérnæ factæ sunt civitátes
        **quas** destru**xí**sti: *
    périit memória eo*rum* cum **ip**sis.



Dóminus autem in æ**tér**num se**dé**bit, *
    parávit in iudícium *thro*num **su**um,
et ipse iudicábit orbem terræ **in** iu**stí**tia, *
    iudicábit pópulos in *æ*qui**tá**te.
Et erit Dóminus refúgi**um** op**prés**so, *
    refúgium in opportunitátibus, in tribu*la*ti**ó**ne.
Et sperent in te qui novérunt **no**men **tu**um, *
    quóniam non dereliquísti quacrén*tes* te, **Dó**mine.

Ant. 3 cf. AJ 1: 575 (OCO vacat)




II

[Psállite Dómino, qui hábitat in Sion; *
    annuntiáte inter gentes stúdia eius.]
Quóniam requírens sánguinem recordátus est e**ó**rum, *
    non est oblítus cla**mó**rem **páu**perum.
Miserére mei, Dó*mi*ne; †
    vide afflictiónem meam de inimícis **me**is, *
    qui exáltas me de **por**tis **mor**tis,
ut annúntiem omnes laudatiónes tuas in portis fíliæ **Si**on, *
    exsúltem in salu**tá**ri **tu**o.
Infíxæ sunt gentes in fóvea quam fecé*runt;* †
    in láqueo isto quem abscon**dé**runt *
    comprehénsus est **pes** e**ó**rum.
Manifestávit se Dóminus iudícium **fá**ciens, *
    in opéribus mánuum suárum comprehénsus **est** pec**cá**tor.

Converténtur peccatóres in in**fér**num, *
 omnes gentes quæ oblivi**scún**tur **De**um.
Quóniam non in finem oblívio erit **páu**peris; *
 exspectátio páuperum non períbit **in** æ**tér**num.
Exsúrge, Dómine, non confortétur **ho**mo; *
 iudicéntur gentes in con**spéc**tu **tu**o.
Constítue, Dómine, terrórem super **e**os, *
 sciant gentes quóniam **hó**mi**nes** sunt.

℣. Da mihi intelléctum, et servábo legem tuam.
℟. Et custódiam illam in toto corde meo.

*Responsoria prolixa: post Lectionem primam,* Igitur perfecti*, AG 394 (POP 712); post Lectionem secundam,* Audi Israël*, AG 440 (POP 710).*

### Ad Laudes matutinas

PSALMODIA

Ant. 1 Poissy MS, fo. 59r; cf. AJ 1: 61 (cf. OCO 410)

VIII b



In-tél-le-ge cla-mó-rem me- um, Dómi-ne. *Ps.* Verba



mea áuribus pércipe, **Dó**mine; * intéllege gé*mi*-tum **me-** um. [flex]

Psalmus 5:2–10,12–13

[Verba mea áuribus pércipe, Dómine; *
 intéllege gémitum meum.]
Inténde voci clamóris **me**i, *
 rex meus et *De*us **me**us.
Quóniam ad te orábo, Dó*mi*ne, †
 mane exáudies vocem **me**am; *
 mane astábo tibi, et *ex*spe**ctá**bo.



Quóniam non Deus volens iniquitátem tu *es;* †
 neque habitábit iuxta te ma**lí**gnus, *
 neque permanébunt iniústi ante ó*cu*los **tu**os.
Odísti omnes qui operántur iniquitá*tem,* †
 perdes omnes qui loquúntur men**dá**cium; *
 virum sanguinum et dolósum abominá*bi*tur **Dó**minus.
Ego autem in multitúdine misericórdiæ tu*æ* †
 introíbo in domum **tu**am; *
 adorábo ad templum sanctum tuum in ti*mó*re **tu**o.
Dómine, deduc me in iustítia tua propter inimícos **me**os, *
 dírige in conspéctu meo *vi*am **tu**am.
Quóniam non est in ore eórum **vé**ritas, *
 cor e*ó*rum **fó**vea;
sepúlcrum patens est guttur e**ó**rum, *
 mólliunt *lin*guas **su**as.
Et omnes qui sperant in te læ**tén**tur, *
 in ætér*num* ex**súl**tent.
Obumbrábis eis, et gloriabúntur **in** te *
 qui díligunt *no*men **tu**um;
quóniam tu benedíces iusto, **Dó**mine; *
 quasi scuto, bona voluntáte coro*ná*bis **e**um.

Ant. 2 AG 139 (cf. OCO 410)

I b



Laudámus nomen tu- um íncly- tum, De- us no-ster.



*C.* Benedíctus es, Dómine Deus Israël **pa-** tris **no**stri, * ab ætérno



*in* æ**tér-**num.

Canticum 1 Par 29:10–13

[Benedíctus es, Dómine Deus Israël patris nostri, *
ab ætérno in ætérnum.]
Tua est, Dómine, magnificéntia **et** po**tén**tia *
et glória at*que* vi**ctó**ria,
et **ti**bi laus; *
cuncta enim, quæ in cælo sunt et in *ter*ra, **tu**a sunt;
tuum, **Dó**mine, **re**gnum, *
et tu es super *om*nes **prín**cipes.
Tuæ divítiæ et **tu**a est **gló**ria; *
tu domi*ná*ris **óm**nium,
in manu tua virtus **et** po**tén**tia, *
in manu tua magnitúdo et impé*ri*um **óm**nium.
Nunc ígitur, Deus noster, confi**té**mur **ti**bi *
et laudámus nomen *tu*um **ín**clitum.

Ant. 3 AJ 1: 60, cf. Poissy MS, fo. 58r (cf. OCO 411)



Ad-o-rá- te Dó- mi-num in au- la sancta e- ius.



*Ps.* Afférte Dómino, fílii **De-** i, * afférte Dómino glóriam *et* po-



**tén**ti- am. [flex]

Psalmus 28

[Afférte Dómino, fílii Dei, *
afférte Dómino glóriam et poténtiam.]
Afférte Dómino glóriam nóminis **e**ius, *
adoráte Dóminum in splen*dó*re **san**cto.
Vox Dómini super a*quas,* †
Deus maiestátis in**tó**nuit: *
Dórninus super *a*quas **mul**tas.



Vox Dómini in vir**tú**te, *
vox Dómini in ma*gni*fi**cén**tia.
Vox Dómini confringéntis **ce**dros; *
et confringet Dóminus *ce*dros **Lí**bani.
Et saltáre fáciet, tamquam vítulum, **Lí**banum, *
et Sárion quemádmoduin fílium *u*ni**cór**nium.
Vox Dómini intercidéntis flammam i*gnis,* †
vox Dómini concutiéntis de**sér**tum, *
et concútiet Dóminus de*sér*tum **Ca**des.
Vox Dómini properántis partum cervá*rum,* †
et denudábit con*dén*sa, *
et in templo eius omnes *di*cent **gló**riam.
Dóminus super dilúvium **há**bitat, *
et sedébit Dóminus rex *in* æ**tér**num.
Dórninus virtútem pópulo suo **da**bit, *
Dóminus benedícet pópulo su*o* in **pa**ce.

LECTIO BREVIS

Si quis non vult operári, nec mandúcet. Audívimus enim inter vos quosdam ambuláre iniquiéte, † nihil operántes et curióse agéntes. Iis autem qui eiúsmodi sunt denuntiámus et obsecrámus in Dómino Iesu Christo, † ut cum siléntio operántes, suum panem mandúcent. Vos autem, fratres, nolite defícere benefaciéntes.

RESPONSORIUM BREVE



Bene-díctus Dómi-nus * A sǽ-cu-lo et usque in sæcu-



lum. ℣. Qui fa-cit mi- ra-bí- li- a so-lus. * A sǽ-cu-lo. Gló-



ri- a. Bene-díctus.

Ad Benedictus, ant. (p. 1415) PM 116 (OCO 411)



Bene-díc- tus De- us Is-ra- ël. *C.* Be- ne-dí-ctus Dó-



mi-nus De- us Isra- ël, *quia visitávit et fecit redemptiónem ple-



bis su- æ.

PRECES

Christum magnificémus, plenum grátia et Spíritu Sancto, † et fidénter eum implorémus:
*Spíritum tuum da nobis, Dómine.*
Concéde nobis diem istum iucúndum, pacíficum et sine mácula,
— ut at vésperam perdúcti, cum gáudio et mundo corde te collaudáre valeámus.
Sit hódie splendor tuus super nos,
— et opus mánuum nostrárum dírige.
Osténde fáciem tuam super nos ad bonum in pace,
— ut hódie manu tua válida contegámur.
Réspice, propítius omnes, qui orationibus nostris confídunt,
— eos adímple bonis ánimæ et córporis univérsis.
Pater noster *in tono simplici. Oratio de Proprio temporis vel de Liturgia Horarum.*

## Ad Horam mediam

PSALMODIA

Ant. 1 AG 425 (cf. OCO 411)



Factus est adiú-tor me- us, De- us me- us. *Ps.* Lex Dó-





mini immaculáta, re- **fí-**ci- ens **á**nimam, * testimónium Dómini



fidéle, sapiéntiam *præ*stáns **pár**vu-lis. [flex]

Psalmus 18B

[Lex Dómini immaculáta, refíciens ánimam, *
testimónium Dómini fidéle, sapiéntiam præstáns párvulis.]
Iustítiæ Dómini rectæ, lætifi**cán**tes **cor**da, *
præcéptum: Dómini lúcidum, illú*mi*nans **ó**culos.
Timor Dómini mundus, pérmanens in **sǽ**culum **sǽ**culi, *
iudícia Dómini vera, iusta óm*ni*a **si**mul,
desiderabília super aurum et lápidem preti**ó**sum **mul**tum, *
et dulcióra super mel et fa*vum* stil**lán**tem.
Etenim servus tuus eru**dí**tur in **e**is, *
in custodiéndis illis retribú*ti*o **mul**ta.
Erróres quis intél*le*git? †
Ab oc**cúl**tis **mun**da me, *
et a supérbia custódi servum tuum, ne domi*né*tur **me**i.
Tunc immacu**lá**tus **e**ro, *
et emundábor a de*lí*cto **má**ximo.
Sint, ut compláceant elóquia **o**ris **me**i, *
et meditátio cordis mei in con*spé*ctu **tu**o.
Dómine, ad**iú**tor **me**us *
et re*démp*tor **me**us.

Ant. 2 Poissy MS, fo. 350v; cf. AJ 1: *124 (cf. OCO 411)



Nequándo rá- pi- at ut le- o á-nimam me- am, dum




Psalmus 7 (I)

[Dómine Deus meus, in te sperávi; *
salvum me fac ex ómnibus persequéntibus me et líbera me,]
nequándo rápiat ut leo ánimam **me**am, *
discérpens, dum non est qui *sal*vum **fá**ciat.
Dómine Deus meus, si feci **i**stud, *
si est iníquitas in má*ni*bus **me**is;
si réddidi retribuénti mihi **ma**la, *
et exspoliávi inimícum meum dimít*tens* i**ná**nem;
persequátur inimicus ánimam meam et comprehén*dat*, †
et concúlcet in terra vitam **me**am, *
et glóriam meam in púlve*rem* de**dú**cat.
Exsúrge, Dómine, in ira **tu**a, *
et exaltáre contra indignatiónem inimicó*rum* me**ó**rum,
et exsúrge, Deus **me**us, *
in iudício *quod* man**dá**sti.
Et synagoga populórum circúmdabit *te*, †
et super hanc in altum re**gré**dere: *
Dóminus iú*di*cat **pó**pulos.
Iúdica me, Dómine, secúndum iustítiam **me**am, *
et secúndum innocéntiam meam *quæ* est **in** me.
Consumátur nequítia peccató*rum;* †
et iustum con**fir**ma: *
scrutans corda et renes *De*us **iu**stus.



Ant. 3 Poissy MS, fo. 206v; cf. AJ 1: 469 (cf. OCO 411)




II

[Adiutórium meum apud Deum *
qui salvos facit rectos corde.]
Deus *iu*dex **iu**stus, *
fortis iráscens per *sín*gulos **di**es.
Nonne íterum gládium su*um* ex**á**cuit, *
arcum suum teténdit et *pa*rávit **il**lum?
Et parávit sibi *va*sa **mor**tis, *
sagíttas suas ar*dén*tes ef**fé**cit.
Ecce partúriit *in*ius**tí**tiam, *
concépit dolórem et péperit *i*niqui**tá**tem;
lacum apéruit et ef*fó*dit **e**um, *
et íncidit in fó*ve*am quam **fe**cit.
Convertétur dolor eius in *ca*put **e**ius, *
et in vérticem ipsíus iníquitas *e*ius de**scén**det.
Confitébor Dómino secúndum iustí*ti*am **e**ius, *
et psallam nómini Dó*mi*ni al**tís**simi.

## Ad Tertiam

LECTIO BREVIS

Némini quidquam debeátis, nisi ut ínvicem diligátis, qui enim díligit próximum, legem implévit. † Diléctio próximo malum non

operátur: plenitúdo ergo legis est diléctio.

℣. Adiútor meus esto, ne me reícias.
℟. Neque derelínquas me, Deus salútis meæ.

*Oratio*

Deus, Pater óptime, qui labórem homínibus ita dedísti: ut mútua semper arte ad altióra profícerent; præsta, quæsumus, sic nos iúgiter operári, ut filiórum in te spíritu et fratérna in omnes caritáte vivámus: Per Christum.

**Ad Sextam**

LECTIO BREVIS

Sit omnis homo velox ad audiéndum, tardus autem ad loquéndum et tardus ad iram; ira enim viri iustítiam Dei non operátur.† Si quis putat se religiósum esse non freno circumdúcens linguam suam: sed sedúcens cor suum, huius vana est relígio.

℣. Benedícam Dóminum in omni témpore.
℟. Semper laus eius in ore meo.

*Oratio*

Deus, qui messis ac víneæ dóminus es et custos: quique offícia tríbuis et iusta stipéndia meritórum; fac nos diéi pondus ita portáre, ut nihil umquam de tuis plácitis conquerámur: Per Christum.

**Ad Nonam**

LECTIO BREVIS

In timóre incolátus vestri témpore conversámini, † sciéntes quod non corruptibílibus argénto vel auro redémpti estis: sed pretióso sánguine quasi Agni incontamináti et immaculáti Christi.

℣. Rédime me, Dómine, et miserére mei.
℟. In ecclésiis benedícam Dómino.

*Oratio*

Deus, qui nos ádvocas illa hora, qua ad templum ascendébant



Apóstoli: præsta, ut orátio, quam in nómine Iesu sincéra tibi mente persólvimus; ómnibus nomen illud invocántibus salútem eius váleat impetráre: Per Christum.

**Ad Vesperas**

HYMNUS cf. AG 166




2. Firmans locum cæléstibus
simúlque terræ rívulis,
ut unda flammas témperet,
terræ solum ne díssipet.

3. Infúnde nunc, piíssime,
donum perénnis grátiæ,
fraudis novæ ne cásibus
nos error átterat vetus.

4. Lucem fides invéniat,
sic lúminis iubar ferat;
hæc vana cuncta térreat,
hanc falsa nulla cómprimant.

5. Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sæculum. Amen.

PSALMODIA

Ant. 1 MG 69 (cf. OCO 411)





**me-** æ: * Tránsmigra in montem *si*-cut **pas**-ser? [flex]

Psalmus 10

[In Dómino confído, quómodo dícitis ánimæ **me**æ: *
  « Tránsmigra in montem *si*cut **pas**ser? »]
Quóniam ecce peccatóres intendérunt ar*cum*, †
  paravérunt sagíttas suas super **ner**vum, *
  ut sagíttent in obscúro *rec*tos **cor**de.
Quando fundaménta ever**tún**tur, *
  ius*tus* quid **fá**ciat?
Dóminus in templo sancto **su**o, *
  Dóminus, in cælo **se**des **e**ius.
Oculi eius in páuperem re**spí**ciunt, *
  pálpebræ eius intérrogant fí*li*os **hó**minum.
Dóminus intérrogat iustum et **ím**pium, *
  qui autem díligit iniquitátem, odit á*ni*ma **e**ius.
Pluet super peccatóres car**bó**nes, *
  ignis et sulphur et spíritus procellárum pars cáli*cis* e**ó**rum.
Quóniam iustus Dóminus et iustítias di**lé**xit, *
  recti vidébunt *vul*tum **e**ius.

Ant. 2 OHS 216 (cf. OCO 411)

IV a



Ha-bi-tá-bit in taber-nácu-lo tu- o: requi- é-scet in



monte sancto tu- o. *Ps.* Dómine, quis habitábit in taberná-*cu*-lo



**tu-** o? * quis requiéscet in mon*te* sancto **tu-** o? [flex]



Psalmus 14

[Dómine, quis habitábit in tabernáculo tuo? *
  quis requiéscet in monte sancto tuo?]
Qui ingréditur sine mácula, et operá*tur* iu**stí**tiam; *
  qui lóquitur veritátem *in* corde **su**o,
qui non egit dolum in lingua su*a*, †
  nec fecit próximo *su*o **ma**lum, *
  et oppróbrium non íntulit *pró*ximo **su**o.
Ad níhilum reputátus est in conspéctu e*ius* ma**líg**nus, *
  timéntes autem Dó*mi*num glo**rí**ficat.
Qui iurat in detriméntum suum et non mu*tat*, †
  qui pecúniam suam non de*dit* ad u**sú**ram, *
  et,múnera super innocéntem non accépit.
Qui **fa**cit hæc, *
  non movébi*tur* in æ**tér**num.

Ant. 3 AG 854 (cf. OCO 411)

VIII a



Be- á-ti qui lavant sto-las su-as in Sángui-ne Agni.



*C.* Benedíctus Deus et Pater Dómini nostri Iesu **Chri**- sti, * qui



benedíxit nos in omni benedictióne spiritáli in cæléсти-*bus* in



**Chri-** sto. [flex]

Canticum Eph 1: 3–10

[Benedíctus Deus et Pater Dómini nostri Iesu **Chri**sti, *
qui benedíxit nos in omni benedictióne spiritáli
in cæléstí*bus* in **Chri**sto;]
sicut elégit nos in ipso ante mundi constitutió*nem*, †
ut essémus sancti et immacu**lá**ti *
in conspéctu eius in *ca*ri**tá**te,
qui prædestinávit nos in adoptiónem filió*rum* †
per Iesum Christum in **ip**sum, *
secúndum propósitum volun*tá*tis **su**æ,
in laudem glóriæ grátiæ **su**æ, *
in qua gratificávit nos in dilécto Fí*li*o **su**o,
in quo habémus redemptiónem per sánguinem **e**ius, *
remissiónem *pec*ca**tó**rum.
Secúndum divítias grátiæ e*ius*, †
quæ superabundávit in **no**bis *
in omni sapientia *et* pru**dén**tia;
ut notum fáceret nobis sacraméntum voluntátis **su**æ, *
secúndum beneplá*ci*tum **e**ius,
quod propósuit in **e**o, *
in dispensatióne plenitú*di*nis **tém**porum,
instauráre ómnia in **Chri**sto, *
quæ in cælis et *quæ* in **ter**ra sunt.

## Lectio Brevis

Impleámini agnitióne voluntátis Dei, in omni sapiéntia et intelléctu spiritáli, † ut ambulétis digne Deo per ómnia placéntes, in omni ópere bono frunctificántes et crescéntes in sciéntia Dei: in omni virtúte confortásti secúndum poténtiam claritátis eius, in omni patiéntia et longanimitáte cum gáudio.

## Responsorium Breve AG 151

VI

Sana á-ni-mam me- am, * Qui- a peccá- vi ti-bi.




℣. E-go di-xi: Dómi-ne, mi-serére me- i. * Qui- a. Gló-ri- a.


Sana.

Ad Magnificat (p. 155, 419, 1456), ant. AJ 1: 119 (cf. OCO 415)

VIII b

Magní-fi-cat á-ni-ma me- a, Dómi-num. † et exsul-


távit *spí-* ri-tus **me-** us * in De- o sa-lu-*tá-* ri **me-** o.

## Preces

Deus cum pópulo suo pactum íniit sempitérnum, neque désinit illi benefácere. † Ideo ei grátias agámnus et fidénti ánimo nostram ad eum dirigámus oratiónem: *Bénefac pópulo tuo, Dómine.*
Salvum fac pópulum tuum, Dómine,
— et bénedic hereditátem tuam.
Cóngrega in unum christiáno nómine decorátos,
— ut credat mundus in Christum, quem misísti.
Grátiam tuam ómnibus amícis nostris confer et notis,
— bonúmque Christi odórem fac ut ipsi diffúndat.
Amórem tuum agonizántes manifésta,
— da ut salútem tuam eórum óculi vídeant.
Erga defúnctos misericórditer age,
— ággrega eos quiescéntibus in Christo.
Pater noster *in tono simplice. Oratio Dominicæ de Proprio Tempore vel diei de Liturgia Horarum.*

## FERIA III HEBDOMADÆ I

### Ad Invitatorium

Ant. (Ps. t. 6a, p. 1379) cf. AJ 1: 60 (cf. LHR 179)




HYMNUS cf. AG 166




2. Qui sol per ævum prænites,
o Christe, nobis vívidus,
ad te canéntes vértimur,
te gestiéntes pérfrui.

3. Tu Patris es sciéntia
Verbúmque per quod ómnia
miro refúlgent órdine
mentésque nostras áttrahunt.

4. Da lucis ut nos fílii
sic ambulémus ímpigri,
ut Patris usque grátiam
mores et actus éxprimant.

5. Sincéra præst*a* ut prófluant
ex ore nostro iúgiter,
et veritátis dúlcibus
ut excitémur gáudiis.

6. Sit Christe, rex piíssime,
tibi Patríque glória
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sǽcula. Amen.



### Ad Officium lectionum

PSALMODIA

Ant. 1 PM 11 (OCO 410)




Psalmus 9B, I

[Ut quid, Dómine, stas a longe, *
abscóndis te in opportunitátibus in tribulatióne?]
Dum supérbit ímpius, inséquitur **pau**perem: *
comprehendántur in consíliis *quæ* **có**gitant.
Quóniam gloriátur peccátor in desidériis ánimæ **su**æ: *
et avárus sibi be*ne***dí**cit.
Spernit Dóminum peccátor in arrogántia **su**a: *
« Non requíret, non *est* **De**us ».
Hæ sunt omnes cogitatiónes **e**ius; *
prosperántur viæ illíus in om*ni* **tém**pore.
Excélsa nimis iudícia tua a fácie **e**ius: *
omnes inimícos suos a*sper***ná**tur.
Dixit enim in corde suo: « Non mo**vé**bor, *
in generatiónem et generatiónem ero si*ne* **ma**lo ».
Cuius maledictióne os plenum est et frauduléntia et **do**lo: *
sub lingua eius labor et *ne***quí**tia.
Sedet in insídiis ad **vi**cos, *
in occúltis intérficit in*no***cén**tem.

Oculi eius in páuperem re**spí**ciunt: *
insidiátur in abscóndito, quasi leo in spelún*ca* **su**a.
Insidiátur, ut rápiat **páu**perem: *
rapit páuperem, dum áttrahit in láque*um* **su**um.
Irruit et inclínat se, et míseri **ca**dunt *
in fortitúdine bracchió*rum* **e**ius.
Dixit enim in corde suo: « Oblítus est **De**us, *
avértit fáciem suam, non vidébit *in* **fi**nem ».

Ant. 2 AG 192 (cf. OCO 411)




II

[Exsúrge, Dómine Deus, exálta manum tuam, *
ne obliviscáris páuperum.]
Propter quid spernit ímpius **De**um? *
Dixit enim in corde suo: « *Non* re**quí**res ».
Vid*ísti:* †
tu labórem et dolórem con**sí**deras, *
ut tradas eos in *ma*nus **tu**as.
Tibi derelíctus est **pau**per, *
órphano tu factus *es* ad**iú**tor.
Cóntere brácchium peccatóris et ma**líg**ni: *
quæres peccátum illíus, et *non* in**vé**nies.
Dóminus rex in ætérnum et in sǽculum **sǽ**culi: *
periérunt gentes de ter*ra* il**lí**us.



Desidérium páuperum exaudísti, **Dó**mine: *
confirmábis cor eórum, inténdes *au*rem **tu**am,
iudicáre pupíllo et **hú**mili, *
ut non appónat ultra indúcere timórem ho*mo* de **ter**ra.

Ant. 3 AJ 1 Supp. 16 (OCO vacat)




Psalmus 11

[Salvum me fac, Dómine, quóniam defécit sanctus, *
quóniam deminúti sunt fidéles a fíliis hóminum.]
Vana locúti sunt unusquísque ad **pró**ximum **su**um; *
in lábiis dolósis, in dúplici cor*de* lo**cú**ti sunt.
Dispérdat Dóminus univérsa lábi**a** do**ló**sa *
et lingu*am* ma**gní**loquam.
Qui dixérunt: « Lingua nostra magnificá*bi*mur, †
lábia **no**stra a **no**bis sunt; *
quis noster *dó*mi**nus** est? »
« Propter misériam ínopum et gémitum páu*pe*rum, †
nunc exsúrgam, **di**cit **Dó**minus; *
ponam in salutári illum *quem* de**spí**ciunt ».

Elóquia Dómini e**ló**quia **ca**sta, *
argéntum igne examinátum,
separátum a terra, pur*gá*tum **sép**tuplum.
Tu, Dómine, servábis nos et cu**stó**d**ies** nos, *
a generatióne hac *in* æ**tér**num.
In circúitu **ím**pii **ám**bulant, *
cum exaltántur sordes inter **fí**lios **hó**minum.

℣. Díriget Dóminus mansuétos in iudício.
℟. Docébit mites vias suas.

℣. Deus suscitávit Christum a mórtuis, allelúia.
℟. Ut fides nostra et spes esset in Deo, allelúia.

*Responsoria prolixa: post Lectionem primam,* Benedicens ergo*, AG 400 (POP 712); post Lectionem secundam,* Adaperiat*, AJ 2: 252 (POP 711).*

### Ad Laudes matutinas

PSALMODIA

Ant. 1 AG 146 (cf. OCO 411)




Psalmus 23

[Dómini est terra et plenitúdo eius, *
orbis terrárum et qui hábitant in eo.]



Quia ipse super mária fun*dá*vit **e**um, *
et super flúmina *fir*mávit **e**um.
Quis ascéndet in *mon*tem **Dó**mini, *
aut quis stabit in lo*co* sancto **e**ius?
Innocens mánibus et mundo cor*de,* †
qui non accépit in vanum *no*men **e**ius, *
nec iu*rá*vit in **do**lum.
Hic accípiet benedictió*nem* a **Dó**mino, *
et iustificatiónem a Deo sa*lu*tári **su**o.
Hæc est generátio quærén*ti*um **e**um, *
quæréntium fáci*em* Dei **Ia**cob.
Attóllite, portæ, cápita ve*stra,* †
et elevámini, portæ *æ*ter**ná**les, *
et intro*í*bit rex **gló**riæ.
Quis est i*ste* rex **gló**riæ? *
Dóminus fortis et potens, Dóminus *po*tens in **prœ**lio.
Attóllite, portæ, cápita ve*stra,* †
et elevámini, portæ *æ*ter**ná**les, *
et intro*í*bit rex **gló**riæ.
Quis est i*ste* rex **gló**riæ? *
Dóminus virtútum i*pse* est rex **gló**riæ.

Ant. 2 AG 173 (cf. OCO 411)



Canticum Tob 13: 1–10

[Magnus es, Dómine, in ætérnum *
et in ómnia sǽcula regnum tuum;]
quóniam tu flagéllas et sal*vas;* †
dedúcis ad ínferos **et** re**dú**cis, *
et non est qui effúgiat ma*num* **tu**am.
Confitémini Dómino, **fí**lii **Is**raël, *
et in conspéctu géntium laudá*te* **e**um;
quóniam ídeo dispérsit vos inter gentes, quæ i**gnó**rant **e**um, *
ut vos enarrétis mirabíli*a* **e**ius,
et faciátis **sci**re **e**os, *
quia non est álius Deus omnípotens præ*ter* **e**um.
Ipse castigávit nos propter iniqui**tá**tes **no**stras; *
et ipse salvábit nos propter misericórdi*am* **su**am.
Aspícite ergo quæ fecit nobís*cum,* †
et cum timóre et tremóre confi**té**mini **il**li *
Regémque sæculórum exaltáte in opéri*bus* **ve**stris.
Ego autem in terra captivitátis meæ confi**té**bor **il**li, *
quóniam osténdit maiestátem suam in gentem pec*ca***trí**cem.
Convertímini ítaque, peccató*res,* †
et fácite iustítiam **co**ram **De**o, *
credéntes quod fáciat vobíscum misericórdi*am* **su**am.
Ego autem et **á**nima **me**a *
in eo *læ***tá**bimur.
Benedícite Dóminum, omnes e**lé**cti **e**ius; *
ágite dies lætítiæ et confitémi*ni* **il**li.

Ant. 3 Poissy MS fo. 58v; cf. AJ 1:60 (cf. OCO 411)

I c

Rectos de-cet collaudá-ti- o. *Ps.* Exsultáte, **iu**sti, in **Dó**-


mino; * rectos decet *col*lau**dá**-ti- o.



Psalmus 32

[Exsultáte, iusti, in Dómino; *
rectos decet collaudátio.]
Confitémini Dómi**no** in **cí**thara, *
in psaltério decem chordárum psál*li*te **il**li.
Cantáte ei **cán**ticum **no**vum, *
bene psállite ei in vocife*ra*ti**ó**ne.
Quia rectum est **ver**bum **Dó**mini, *
et ómnia ópera ei*us* in **fi**de.
Díligit iustítiam **et** iu**dí**cium, *
misericórdia Dómini ple*na* est **ter**ra.
Verbo Dómini **cæ**li **fa**cti sunt, *
et spíritu oris eius omnis vir*tus* e**ó**rum.
Cóngregans sicut in utre **a**quas **ma**ris, *
ponens in thes*áu*ris **abýs**sos.
Tímeat Dóminum **om**nis **ter**ra, *
a fácie autem eius formídent omnes inhabi*tán*tes **or**bem.
Quóniam ipse **di**xit, et **fa**cta sunt, *
ipse mandávit, *et* cre**á**ta sunt.
Dóminus díssipat con**sí**lia **gén**tium, *
írritas facit cogitatiónes *po*pu**ló**rum.
Consílium autem Dómini in æ**tér**num **ma**net, *
cogitatiónes cordis eius in generatióne et gene*ra*ti**ó**nem.
Beáta gens, cui Dómi**nus** est **De**us, *
pópulus, quem elégit in heredi*tá*tem **si**bi.
De cælo re**spé**xit **Dó**minus, *
vidit omnes fí*li*os **hó**minum.
De loco habitáculi **su**i re**spé**xit *
super omnes qui há*bi*tant **ter**ram,
qui finxit singillátim **cor**da e**ó**rum, *
qui intéllegit ómnia ópe*ra* e**ó**rum.
Non salvátur rex per mul**tam** vir**tú**tem, *
et gigas non liberábitur in multitúdine vir*tú*tis **su**æ.
Fallax equus **ad** sal**ú**tem, *
in abundántia autem virtútis suæ *non* sal**vá**bit.
Ecce óculi Dómini super metu**én**tes **e**um, *
in eos qui sperant super misericór*di*a **e**ius,
ut éruat a morte áni**mas** e**ó**rum, *
et alat e*os* in **fa**me.

Anima nostra **sú**stinet **Dó**minum, *
quóniam adiútor et pro*té*ctor **no**ster est.
Quia in eo lætábi**tur** cor **no**strum, *
et in nómine sancto ei*us* spe**rá**vimus.
Fiat misericórdia tua, **Dó**mine, **su**per nos, *
quemádmodum sperá*vi*mus **in** te.

LECTIO BREVIS

Hora est iam nos somno súrgere. Nox præcéssit, dies autem appropinquávit. † Abiciámus ergo ópera tenebrárum et induámur arma lucis. Sicut in die honéste ambulémus.

RESPONSORIUM BREVE cf. AG 38

IV


De- us me- us, adiú- tor me- us, * Et spe-rá-bo in e- um.



℣. Re-fú-gi- um me- um et li-be- rá- tor me- us. * Et. Gló-ri- a.



De- us me- us.

Ad Benedictus, ant. (p. 1418) AJ 1: 63, cf. Poissy MS, fo. 61ᵛ (cf. OCO 411)

VII a


E-ré-xit Dómi-nus no-bis cornu sa- lú- tis in domo



Da-vid pu- e- ri su- i. *C.* Be-ne-díctus Dómi-nus De- us Isra-





ël, * quia visitávit et fecit redemptiónem ple-bis su- æ.

PRECES

Vocatiónis cæléstis partícipes facti, fratres caríssimi, † Iesum, pontíficem confessiónis nostræ, benedicámus clamántes:
*Dómine Deus noster et salvátor noster.*
O rex omnípotens, qui, per baptísmum, regále nobis sacerdótium confulísti,
— fac ut laudis tibi semper sacrifícium offerámus.
Da nobis mandáta tua serváre,
— ut per Sanctum Spíritum in te maneámus et tu in nobis.
Sapiéntiam tuam da nobis ætérnam,
— ut nobíscum sit hodie et nobíscum operétur.
Concéde nobis hódie néminem umquam contristáre,
— omnes autem, qui nobíscum sunt, lætificáre.
Pater noster *in tono simplici. Oratio de Proprio temporis vel de Liturgia Horarum.*

## Ad Horam mediam

PSALMODIA

Ant. 1 PM 261 (OCO 411)

VIII a


Be- á- ti qui ámbu- lant in le-ge tu- a Dómi-ni. *Ps.* Be-



á-ti immaculáti in **vi**- a, * qui ámbulant in *le*-ge **Dó**mini.

Psalmus 118: 1–8 (Aleph)

[Beáti immaculáti in via, *
qui ámbulant in lege Dómini.]

Beáti qui servant testimónia **e**ius, *
in toto corde ex*quí*runt **e**um.
Non enim operáti sunt iniqui**tá**tem, *
in viis eius am*bu*la**vé**runt.
Tu man**dá**sti *
mandáta tua eusto*dí*ri **ni**mis.
Utinam dirigántur viæ **me**æ *
ad custodiéndas iustificati*ó*nes **tu**as.
Tunc non con**fún**dar, *
cum perspexero in omnibus præ*cé*ptis **tu**is.
Confitébor tibi in directióne **cor**dis, *
in eo quod dídici iudícia iustí*ti*æ **tu**æ.
Iustificatiónes tuas cu**stó**diam, *
non me derelínquas *us*que**quá**que.

Ant. 2 PM 14 (OCO 411)




Psalmus 12

[Usquequo, Dómine, obliviscéris me in finem? *
usquequo avértes fáciem tuam a me?]
Usquequo ponam consília in ánima me*a*, †
dolórem in corde meo per **di**em? *
Usquequo exaltábitur inimícus me*us* **su**per me?
Réspice et exáudi me, Dómine Deus **me**us. *
Illúmina óculos meos, nequándo obdórmiam *in* **mor**te,
nequándo dicat inimícus me*us*: †



« Præválui advérsus **e**um »; *
neque exsúltent qui tríbulant me, si mo*tus* **fú**ero.
Ego autem in misericórdia tua sperá*vi*. †
Exsultábit cor meum in salutári **tu**o, *
cantábo Dómino qui bona tríbu*it* **mi**hi.

Ant. 3 PM 15 (OCO 411)




Psalmus 13

[Dixit insípiens in corde suo: « Non est Deus ». †
Corrúpti sunt et abominatiónes operáti sunt: *
non est qui fáciat bonum.]
Dóminus de cælo prospéxit super fílios **hó**minum, *
ut vídeat si est intéllegens aut requí*rens* **De**um.
Omnes declinavérunt, simul cor**rú**pti sunt; *
non est qui fáciat bonum, non est usque *ad* **u**num.
Nonne scient omnes qui operántur iniqui**tá**tem, *
qui dévorant plebem meam sicut e*scam* **pa**nis?
Dóminum non invocavé*runt*, †
illic trepidavérunt ti**mó**re, *
quóniam Deus cum generatió*ne* **iu**sta est.

Vos consílium ínopis confun**dé**tis, *
Dóminus autem *spes* **e**ius est.
Quis dabit ex Sion salutáre Is*ra*ël? †
Cum convérterit Dóminus captivitátem plebis **su**æ, *
exsultábit Iacob et lætábi*tur* **Is**raël.

## Ad Tertiam

LECTIO BREVIS

Benedíctus vir, qui confídit in Dómino, et erit Dóminus fidúcia eius; † et erit quasi lignum, quod transplantátur super aquas, quod ad humórem mittit radíces suas et non timébit, cum vénerit æstus: et erit fólium eius víride, et in anno siccitátis non erit sollícitum, nec aliquándo désinet fácere fructum.

℣. Dóminus non privábit bonis eos qui ámbulant in innocéntia.
℟. Dómine virtútum, beátus homo qui sperat in te.

*Oratio*

Omnípotens sempitérne Deus, qui Paráclitum Sanctum tuum hora tértia in Apóstolos effudísti: in nos quoque eúndem Spíritum caritátis emítte; ut fidéle tibi coram ómnibus homínibus testimónium præbeámus: Per Christum.

## Ad Sextam

LECTIO BREVIS

Beátus homo, qui invénit sapiéntiam et qui áffluit prudéntia, † mélior est acquisítio eius negotiatióne argénti, et auro primo fructus eius: Pretiósior est cunctis gemmis, et ómnia pretiósa tua huic non valent comparári.

℣. Dómine, veritátem in corde dilexísti.
℟. Et in occúlto sapiéntiam manifestásti mihi.

*Oratio*

Deus, qui Petro salvíficum tuum super gentes consílium revelásti: éffice benígnus, ut ópera nostra tibi grata reddántur; ac tuo dilectiónis salutísque propósito te donánte desérviant: Per Christum.



## Ad Nonam

LECTIO BREVIS

Beátus homo, qui corrípitur a Deo; † increpatiónem ergo Omnipoténtis ne réprobes: Quia ipse vúlnerat et medétur, pércutit, et manus eius sanábunt.

℣. Fac cum servo tuo secúndum misericórdiam tuam, Dómine.
℟. Iustificatiónes tuas doce me.

*Oratio*

Deus, qui Cornélio centurióni ángelum tuum misísti, ut viam ei salútis osténderet: da nobis, quæsumus, in salvatiónem ómnium libéntius operári; ut una cum eis, in Ecclésia tua, ad te perveníre possímus: Per Christum.

## Ad Vesperas

HYMNUS cf. AG 166

VIII

1. Tel-lú-ris ingens cón-di-tor, mundi so-lum qui é- ru- ens,

pulsis aquæ mo-lés-ti- is, terram de-díst*i* immó- bi- lem.

2. Ut germen aptum próferens,
fulvis decóra flóribus,
fecúnda fructu sísteret
pastúmque gratum rédderet.

3. Mentis perústæ vúlnera
munda viróre grátiæ,
ut facta fletu díluat
motúsque pravos átterat.

4. Iussis tuis obtémperet,
nullis malis appróximet,
bonis repléri gáudeat
et mortis actum nésciat.

5. Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sǽculum. Amen.

PSALMODIA

Ant. 1 AJ 1: 45 (cf. OCO 411)

VIII a



Exáudi- at te Dó- minus in di- e tri- bu-la- ti- ó-nis, †



*Ps*. prótegat te nomen *De*- i **Ia-** cob. [metrum] [flex]

Psalmus 19

[Exáudiat te Dóminus in die tribulatiónis, *
 † prótegat te nomen *De*i **Ia**cob.]
Mittat tibi auxílium de **sanc**to, *
 et de Sion *tu*e**á**tur te.
Memor sit omnis sacrifícii **tu**i, *
 et holocáustum tuum *pin*gue **há**beat.
Tríbuat tibi secúndum cor **tu**um, *
 et omne consílium tu*um* a**dím**pleat.
Lætábimur in salutári tu*o*, †
 et in nómine Dei nostri levábimus **sig**na; *
 ímpleat Dóminus omnes petiti*ó*nes **tu**as.
Nunc cognóvi, quóniam salvum fecit Dóminus christum su*um*: †
 exaudívit illum de cælo sancto **su**o, *
 in virtútibus salútis déx*te*ræ **e**ius.
Hi in cúrribus et hi in **e**quis, *
 nos autem nomen Dómini Dei nostri *in*vo**cá**vimus.
Ipsi incurváti sunt et ceci**dé**runt, *
 nos autem surréximus et e*ré*cti **su**mus.
Dómine, salvum fac **re**gem, *
 et exáudi nos in die qua invoca*vé*ri**mus** te.



Ant. 2 PM 31 (OCO 411)

VIII a



Cantá-bimus et psal-lémus virtú-tes tu- as, Dómi-ne.



*Ps.* Dómine, in virtúte tua lætábi**tur** rex, * et super salutáre tuum



exsultábit *ve*-he**mén-**ter.]

Psalmus 20: 2–8, 14

[Dómine, in virtúte tua lætábi**tur** rex, *
 et super salutáre tuum exsultábit *ve*he**mén**ter.]
Desidérium cordis eius tribuísti **ei**, *
 et voluntátem labiórum eius non *de*ne**gá**sti.
Quóniam prævenísti eum in benedictiónibus dul**cé**dinis; *
 posuísti in cápite eius corónam de au*ro* pu**rís**simo.
Vitam pétiit a te, et tribuísti **ei**, *
 longitúdinem diérum in sæculum et in sǽ*cu*lum **sǽ**culi.
Magna est glória eius in salutári **tu**o, *
 magnificéntiam et decórem impónes **su**per **e**um;
quóniam pones eum benedictiónem in sæculum **sǽ**culi, *
 lætificábis eum in gáudio ante *vul*tum **tu**um.
Quóniam rex sperat in **Dó**mino, *
 et in misericórdia Altíssimi non *com*mo**vé**bitur.
Exaltáre, Dómine, in virtúte **tu**a; *
 cantábimus et psallémus vir*tú*tes **tu**as.

Ant. 3 AG 1009 (cf. OCO 411)

VIII a



Re-demí-sti nos, Dómine De- us, in sángui-ne tu- o




Canticum cf. Ap 4, 5

[Dignus es, Dómine Deus **nos**ter, *
accípere glóriam et honórem *et* vir**tú**tem;]
quia tu creásti **óm**nia, *
et propter voluntátem tuam erant *et* cre**á**ta sunt.
Dignus es, Dómine, accípere **lib**rum *
et aperíre signá*cu*la **e**ius,
quóniam occísus *es* †
et redemísti nos Deo in sánguine **tu**o *
ex omni tribu et lingua et pópulo et *na*ti**ó**ne,
et fecísti nos Deo nostro regnum et sacer**dó**tes, *
et regnábimus *su*per **ter**ram.
Dignus est Agnus, qui occísus *est,* †
accípere virtútem et divinitátem et sapi**én**tiam *
et fortitúdinem et honórem et glóriam et bene*dic*ti**ó**nem.

LECTIO BREVIS

Vidéte qualem caritátem dedit nobis Pater, ut fílii Dei nominémur et simus.† Caríssimi, nunc fílii Dei sumus, et nondum appáruit quid érimus: scimus quóniam, cum apparúerit, símiles ei érimus, quóniam vidébimus eum sícuti est.



RESPONSORIUM BREVE AG 52




Ad Magnificat (p. 1446), ant. AG 190 (cf. OCO 411)




PRECES

Christo Dómino, in médio nostri vivénti, nos, pópulus eius aquisitiónis, † laudes persolvámus et supplicémus dicéntes
*Ad laudem tuam exáudi nos, Dómine.*
Dómine, rex et dominátor géntium, adésto pópulis et ómnibus potestátem habéntes,
— ut commúne bonum iuxtam legem tuam concórditer persequántur.
Tu, qui captívam duxísti nostram captivitátem,
— restítue ad filiórum libertátem fratres, qui córpore vel spíritu captivitátem patiúntur.
Semper irreprehensíbiles iúvenes nostri tibi sátagant inveníri,
— et tibi vocánti magnanímiter obsecúndent.

Fac ut exémplum tuum púeri imiténtur,
— atque sapiéntiam et grátia semper profíciant.
Defúncti in regnum suscipiántur ætérnum,
— ubi nos tecum conregnatúros sperámus.

Pater noster *in tono simplice. Oratio Dominicæ de Proprio Tempore vel de Liturgia Horarum.*



# FERIA IV HEBDOMADÆ I

## Ad Invitatorium

Ant. (Ps. t. 6a, p. 1379) AJ 1:67, cf. Poissy MS, fo. 65$^{r}$ (cf. LHR 179)




HYMNUS cf. AG 166




2. Calígo terræ scínditur
percússa solis spículo,
rebúsque iam color redit
vultu niténtis síderis.

3. Sic nostra mox obscúritas
fraudísque pectus cónscium,
ruptis retéctum núbibus,
regnánte palléscet Deo.

4. Te, Christe, solum nóvimus,
te mente pur*a* et símplici
rogáre curváto genu
flend*o* et canéndo díscimus.

5. Inténde nostris sénsibus
vitámque totam díspice;
sunt multa fucis íllita
quæ luce purgéntur tua.

6. Sit, Christe, rex piíssime,
tibi Patríque glória
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sæcula. Amen.

## Ad Officium lectionum

PSALMODIA

Ant. 1 Poissy MS, fo. 54[v], cf. AJ 1: 43 (cf. OCO 411)

VIII a



Dómi-nus firmaméntum me- um et re-fú- gi- um me-



um. *Ps.* Dí-ligam te, Dómine, fortitúdo **me-** a. * Dómine firma-



méntum meum et refúgium meum et liber*á*tor **me-** us.

Psalmus 17: 2–30, I

[Díligam te, Dómine, fortitúdo mea. *
Dómine firmaméntum meum
et refúgium meum et liberátor meus;]
Deus meus, adiútor iiieus, et sperábo in **e**um: *
protéctor meus, et cornu salútis meæ, et sus*cép*tor **me**us.
Laudábilem invocábo **Dó**minum, *
et ab inimícis meis *sal*vus **e**ro.
Circumdedérunt me fluctus **mor**tis, *
et torréntes Bélial con*tur*ba**vé**runt me;
funes inférni circumde**dé**runt me, *
præoccupavérunt me lá*que*i **mor**tis.
In tribulatióne mea invocavi **Dó**minum, *
et ad Deum me*um* cla**má**vi;
exaudívit de templo suo vocem **me**am, *
et clamor meus in conspéctu eius introívit in *au*res **e**ius.



Ant. 2 Poissy MS, fo. 329[r], cf. AJ 2: 561 (OCO vacat)

I b



Per signum cru-cis de i-nimí- cis no-stris. Lí-be-ra nos,



De- us noster. *Ps.* Commóta est et contrémuit ter*ra;* † fundaménta



móntium concússa sunt **et** com**mó**ta sunt, * quóni- *am* i-**rá**tus est.

II

[Commóta est et contrémuit terra; †
fundaménta móntium concússa sunt et commóta sunt, *
quóniam irátus est.]
Ascéndit fumus de náribus e*ius,* †
et ignis de ore **e**ius **dé**vorans; *
carbónes succénsi processé*runt* ab **e**o.
Inclinávit cælos et de**scén**dit, *
et calígo sub pé*di*bus **e**ius.
Et ascéndit super cherub **et** vo**lá**vit, *
devolávit super pen*nas* ven**tó**ruin.
Et pósuit ténebras latíbulum su*um,* †
in circúitu taber**ná**culum **e**ius, *
tenebrósa aqua, *nu*bes **á**eris.
Præ fulgóre in conspéctu eius nubes **tran**si**é**runt, *
grando et car*bó*nes **i**gnis.
Et intónuit de cælo Dó*mi*nus, †
et Altíssimus dedit **vo**cem **su**am: *
grando et car*bó*nes **i**gnis.
Et misit sagíttas suas et dissi**pá**vit **e**os, *
fúlgura iecit et contur*bá*vit **e**os.
Et apparuérunt **fon**tes a**quá**rum, *
et reveláta sunt fundaménta or*bis* ter**rá**rum,

ab increpatióne **tu**a, **Dó**mine, *
    ab inspiratióne spíritus *i*ræ **tu**æ.
Misit de summo **et** accépit me, *
    et assúmpsit me de *a*quis **mul**tis;
erípuit me de inimícis meis fortíssi*mis,* †
    et ab his **qui** o**dé**runt me, *
    qui confortá*ti* sunt **su**per me.
Oppugnavérunt me in die afflicti**ó**nis **me**æ, *
    et factus est Dóminus fulci*mén*tum **me**um;
et edúxit me **in** lati**tú**dinem, *
    salvum me fecit, quóniam *vó*lu**it** me.

Ant. 3 — Poissy MS, fo. 164v; cf. AJ 2: 41 (OCO vacat)

VI

Tu pó- pu- lum hú-mi- lem sal- vá- sti a mor- te,


Re- démptor, atque supérba tu- o col-la pre-mis iá- cu- lo.


*Ps.* Et retríbuet mihi Dóminus secúndum iu**stí**-ti- am **me**- am, *


et secúndum puritátem mánuum meárum *red*det **mi**- hi.

III

[Et retríbuet mihi Dóminus secúndum iustítiam meam, *
    et secúndum puritátem mánuum meárum reddet mihi;]
quia custodívi **vi**as **Dó**mini, *
    nec ímpie recessi a *De*o **me**o.
Quóniam ómnia iudícia eius in con**spé**ctu **me**o, *
    et iustítias eius non rep*pu*li **a** me;



et fui immacu**lá**tus cum **e**o, *
    et observávi me ab i*ni*qui**tá**te.
Et retríbuit mihi Dóminus secúndum,iu**stí**tiam **me**am, *
    et secúndum puritátem mánuum meárum
        in conspéctu ocu*ló*rum **e**ius.
Cum sancto **san**ctus **e**ris, *
    et cum viro innocénte ín*no*cens **e**ris,
et cum elécto e**léc**tus **e**ris, *
    et cum pervérso cál*li*dus **e**ris.
Quóniam tu pópulum húmilem **sal**vum **fá**cies, *
    et óculos superbórum hu*mi*li**á**bis.
Quóniam tu accéndis lucérnam **me**am, **Dó**mine; *
    Deus meus illúminat té*ne*bras **me**as.
Quóniam in te aggrédiar **hó**stium **tur**mas *
    et in Deo meo transí*li*am **mu**rum.

℣. Omnes mirabántur in verbis grátiæ.
℟. Quæ procedébant de ore ipsíus.

*Responsoria prolixa: post Lectionem primam,* Dum staret*, AG 405 (POP 712); post Lectionem secundam,* Sustinuimus*, AJ 2:260 (POP 711).*

## Ad Laudes matutinas

PSALMODIA

Ant. 1 — AG 217 (cf. OCO 412)

VIII b

Dómi-ne in cæ- lo mi-se-ri-córdi- a tu- a. *Ps.* Susúrrat


iníquitas ad ímpium in médio cordis **e**- ius; * non est timor Dei


ante ó*cu*los **e**- ius. [flex]

Psalmus 35

[Susúrrat iníquitas ad ímpium in médio cordis eius; *
non est timor Dei ante óculos eius.]
Quóniam blandítur ipsi in conspéctu **e**ius, *
ut non invéniat iniquitátem su*am* et **ó**derit.
Verba oris eius iníquitas et **do**lus, *
désiit intellégere, ut *be*ne **á**geret.
Iniquitátem meditátus est in cubíli su*o,* †
ástitit omni viæ non **bo**næ, *
malítiam autem *non* o**dí**vit.
Dómine, in cælo miseri**cór**dia **tu**a, *
et véritas tua us*que* ad **nu**bes;
iustítia tua sicut montes De*i,* †
iudícia tua abýssus **mul**ta: *
hómines et iuménta sal*vá*bis, **Dó**mine.
Quam pretiósa misericóidia tua, **De**us! *
Fílii autem hóminum in tégmine alárum tuár*um* spe**rá**bunt;
inebriabúntur ab ubertáte domus **tu**æ, *
et torrénte voluptátis tuæ po*tá*bis **e**os.
Quóniam apud te est fons **vi**tæ, *
et in lúmine tuo vidé*bi*mus **lu**men.
Præténde misericórdiam tuam sciénti**bus** te, *
et iustítiam tuam his qui re*cto* sunt **cor**de.
Non véniat mihi pes su**pér**biæ, *
et manus peccatóris non *mó*ve**at** me.
Ibi cecidérunt qui operántur iniqui**tá**tem, *
expúlsi sunt, nec potu*é*runt **sta**re.

Ant. 2 AG 196 (cf. OCO 412)

IV b


Dómi-ne, magnus es tu, et præ-clá- rus in vir-tú- te



tu- a. *C.* Incí-pite Dómi*no* in **tým**panis, * cantáte Dó*mi*-no in





**cým**ba-lis. [flex]

Canticum cf. Iudt 16

[Incípite Dómino in týmpanis, *
cantáte Dómino in cýmbalis;]
modulámini illi *psal*mum **no**vum, *
exaltáte et invocá*te* nomen **e**ius.
Dóminus cón*te*rens **bel**la, *
Dóminus *no*men est **il**li.
Hymnum can*té*mus **Dó**mino, *
hymnum novum canté*mus* Deo **no**stro.
Adonái Dómine, magnus es *tu* †
et præclárus in vir*tú*te **tu**a, *
et quem superá*re* nemo **po**test.
Tibi sérviat omnis crea*tú*ra **tu**a, *
quia di*xí*sti, et **fa**cta sunt;
misísti spíritum tuum, *et* cre**á**ta sunt, *
et non est qui resí*stat* voci **tu**æ.
Montes a fundaméntis movebún*tur* cum **a**quis, *
petræ sicut cera liquéscent ante *fá*ciem **tu**am.
Qui *au*tem **ti**ment te *
magni erunt a*pud* te per **óm**nia.

Ant. 3 AG 136 (cf. OCO 412)

VII a


Iu-bi-lá-te De- o in vo- ce exsul-ta- ti- ó-nis. *Ps.* Om-



nes gentes, **pláu**dite **má**nibus, * iubiláte Deo in voce exsul**ta**- ti-



**ó-** nis.

Psalmus 46

[Omnes gentes, pláudite mánibus, *
iubiláte Deo in voce exsultatiónis.]
Quóniam Dóminus altíssi**mus**, ter**rí**bilis, *
rex magnus super **om**nem **ter**ram.
Subiécit **pó**pulos **no**bis, *
et gentes sub **pé**dibus **no**stris.
Elégit nobis heredi**tá**tem **no**stram, *
glóriam Iacob **quem** di**lé**xit.
Ascéndit **De**us in **iú**bilo, *
et Dóminus in **vo**ce **tu**bæ.
Psállite **De**o, **psál**lite; *
psállite regi **no**stro, **psál**lite.
Quóniam rex omnis **ter**ræ **De**us, *
psállite **sa**pi**én**ter.
Regnávit Deus **su**per **gen**tes, *
Deus sedet super sedem **san**ctam **su**am.
Príncipes populórum **con**gre**gá**ti sunt *
cum pópulo **De**i **Ab**raham,
quóniam Dei sunt **scu**ta **ter**ræ: *
veheménter **e**le**vá**tus est.

LECTIO BREVIS

Quod ab álio óderis fíeri tibi, vide ne tu aliquándo álteri fácias. Panem tuum cum esuriéntibus et egénis cómede, et de vestiméntis tuis nudos tege. † Consílium semper a sapiénte perquíre. Omni témpore bénedic Deum: et pete ab eo ut vias tuas dírigat, et omnia consília tua in ipso permáneant.

RESPONSORIUM BREVE — AG 44

IV


Inclí-na cor me- um, De- us, * In testimó-ni- a tu- a.





℣. In vi- a tu- a vi-ví- fi-ca me. * In. Gló- ri- a Pa-tri et Fi-



li- o et Spi- ri- tu- i Sancto. Inclí-na.

Ad Benedictus, ant. (p. 1418) Poissy MS, fo. 63r; AJ 1: 65 (cf. OCO 412)

VII a


Sa- lú- tem ex i- ni-mí- cis no-stris, et de ma- nu



ómni- um qui nos o- dé- runt lí- be-ra nos, Dómine. *C.* Be-



ne-díctus Dómi-nus De- us Isra- ël, * quia visitávit et fecit red-



emptiónem ple-bis su- æ.

PRECES

Grátias agámus Christo eúmque semper laudémus, quia non dedignátur fratres vocáre quos sanctíficat. † Ideo ei supplicémus: *Sanctífica fratres tuos, Dómine.*
Fac ut huius diéi inítia in honórem resurrectiónis tuæ puris tibi córdibus consecrémus,
— et diem totum tibi gratum sanctificatiónis opéribus faciámus.
Qui diem amóris tui signum ad salútem et lætítiam nobis renovásti,

— rénova nos cotídie ad glóriam tuam.
Doce nos hódie te in ómnibus præséntem agnóscrere,
— teque in mæréntibus præsértim et paupéribus inveníre.
Da nos hódie cum ómnibus pacem habére,
— némini vero malum réddere pro malo.
Pater noster *in tono simplici. Oratio de Proprio temporis vel de Liturgia Horarum.*

## Ad Horam mediam

PSALMODIA

Ant. 1 PM 262 (OCO 412)










Psalmus 118: 9–16 (Beth)

[In quo mundábit adulescéntior viam suam? *
In custodiéndo sermónes tuos.]
In toto corde meo **ex**quisívi te, *
ne erráre me fácias a præ*cé*ptis **tu**is.
In corde meo abscóndi e**ló**quia **tu**a, *
ut non *pec*cem **ti**bi.
Bene**díc**tus es, **Dó**mine; *
doce me iustificati*ó*nes **tu**as.
In **lá**biis **me**is *
numerávi ómnia iudícia *o*ris **tu**i.
In via testimoniórum tuórum **de**lec**tá**tus sum, *
sicut in ómni*bus* di**ví**tiis.



In mandátis tuis **ex**er**cé**bor, *
et considerábo *vi*as **tu**as.
In iustificatiónibus tuis **de**lec**tá**bor, *
non oblivíscar ser*mó*nem **tu**um.

Ant. 2 Poissy MS, fo. 54v, cf. AJ 1: 39 (cf. OCO 412)










Psalmus 16 (I)

[Exáudi, Dómine, iustítiam meam, *
inténde deprecatiónem meam.]
Auribus pércipe orati**ó**nem **me**am, *
non in lábi**is** do**ló**sis.
De vultu tuo iudícium **me**um **pró**deat; *
óculi tui vídeant **æ**qui**tá**tes.
Proba cor meum, et vísita no*cte;* †
igne **me** ex**á**mina, *
et non invénies in me i**ni**qui**tá**tem.
Non transgréditur os meum ad **ó**pera **hó**minum, *
propter verba labiórum tuórum custodívi me a viis **vio**l**én**ti.
Rétine gressus meos in **sé**mitis **tu**is, *
ut non moveántur ve**stí**gia **me**a.
Ego ad te clamávi, quóniam ex**áu**dis me, **De**us; *
inclína aurem tuam mihi, et exáudi **ver**ba **me**a.
Miríﬁca miseri**cór**dias **tu**as, *
qui salvos facis sperántes in te ab insurgéntibus,
in **déx**tera **tu**a.

Custódi me ut pupíllam ó*cu*li, †
sub umbra alárum tuárum **pró**te**ge** me *
a fácie impiórum qui **me** affli**xé**runt.

Ant. 3 AG 269 (OCO 412 = *)




II

[Inimíci mei ánimam meam circumdedérunt, †
ádipem suum conclusérunt; *
os eórum locútum est supérbiam.]
Incedéntes nunc circumdé**dé**runt me, *
óculos suos statuérunt prostérnere *in* **ter**ram.
Aspéctus eórum quasi leónis paráti ad **præ**dam, *
et sicut cátuli leónis recubántis *in* **áb**ditis.
Exsúrge, Dómine, præveni eum, supplánta, **e**um; *
éripe ánimam meam ab ímpio fráme*a* **tu**a,
a mórtuis manu tua, **Dó**mine, *
a mórtuis quorum defécit pórti*o* **vi**tæ.
De recónditis tuis adímpleas ventrem e**ó**rum, *
saturéntur fílii, et dimíttant relíquias párvu*lis* **su**is.
Ego autem in iustítia vidébo fáciem **tu**am, *
satiábor, cum evigilávero, conspé*ctu* **tu**o.



## Ad Tertiam

LECTIO BREVIS

Succíncti lumbos mentis vestræ, † sóbrii, perfécte speráte in eam, quæ offértur vobis, grátiam in revelatióne Iesu Christi: Quasi fílii obœdiéntiæ, non configuráti prióribus in ignorántia vestra desidériis.

℣. Vias tuas, Dómine, demónstra mihi.
℟. Et sémitas tuas édoce me.

*Oratio*

Dómine, Pater sancte, Deus fidélis, qui promíssum Spíritum misísti: ut hómines per peccátum dispérsos congregáres; fac nos in mundo unitátis pacísque múnera confovére: Per Christum.

## Ad Sextam

LECTIO BREVIS

Secúndum eum, qui vocávit vos, sanctum, † et ipsi sancti in omni conversatióne sitis, quóniam scriptum est: Sancti éritis, quia ego sanctus sum.

℣. Sacerdótes tui induántur iustítiam.
℟. Et sancti tui exsúltent.

*Oratio*

Omnípotens et miséricors Deus, qui nos die média respiráre concédis: quos cœpimus propítius intuére labóres, et, sanans quæ delíquimus; fac eos ad finem tibi plácitum perveníre: Per Christum.

## Ad Nonam

LECTIO BREVIS

Subicímini Deo; resístite Diábolo, et fúgiet a vobis. † Appropiáte Deo, et appropinquábit vobis: Humiliámini in conspéctu Dómini, et exaltábit vos.

℣. Ecce óculi Dómini super metuéntes eum.
℟. Et in eos qui sperant super misericórdia eius.

*Oratio*

Dómine Iesu Christe, qui manus tuas in cruce ad salvándos hómines extendísti: concéde, ut actus nostri tibi reddántur accépti; et opus tuæ redemptiónis in mundo váleant declaráre: Qui vivis.

## Ad Vesperas

HYMNUS cf. AG 166



1. Cǽ- li De- us sanctíssime, qui lúci-dum centrum po- li



candó- re pin-gis ígne- o augens de-có- ri lú-mi- na.

2. Quarto die qui flámmeam
solis rotam constítuens,
lunæ minístras órdini
vagos recúrsus síderum.

3. Ut nóctibus vel lúmini
diremptiónis términum,
primórdiis et ménsium
signum dares notíssimum.

4. Illúmina cor hóminum,
abstérge sordes méntium,
resólve culpæ vínculum,
evérte moles críminum.

5. Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sæculum. Amen.

PSALMODIA

Ant. 1 AG 151 (cf. OCO 412)



Il-lumi-ná-ti- o me- a, et sa-lus me- a, Dómi-nus.



*Ps.* Dóminus illuminátio mea et salus **me-** a, * *quem* ti**mé**- bo?



Psalmus 26: 1-6

[Dóminus illuminátio mea et salus **me**a, *
*quem* ti**mé**bo?]
Dóminus protéctor vitæ **me**æ, *
a quo *tre*pi**dá**bo?
Dum apprópiant super me no**cén**tes, *
ut edant *car*nes **me**as;
qui tríbulant me et inimíci **me**i, *
ipsi infirmáti sunt et *ce*ci**dé**runt.
Si consístant advérsum me **cas**tra, *
non timé*bit* cor **me**um;
si exsúrgat advérsum me **prœ**lium, *
in hoc e*go* spe**rá**bo.
Unum pétii a Dómino, hoc re**quí**ram: *
ut inhábitem in domo Dómini omnibus diébus *vi*tæ **me**æ,
ut vídeam voluptátem **Dó**mini, *
et vísitem *templ*um **e**ius.
Quóniam occultábit me in tentório suo, in die maló*rum*. †
Abscóndet me in abscóndito tabernáculi **su**i, *
in petra *ex*al**tá**bit me.
Et nunc exaltátur caput **me**um *
super inimícos meos in circú*i*tu **me**o.
Immolábo in tabernáculo eius hóstias vociferati**ó**nis, *
cantábo et psalmum *di*cam **Dó**mino.

Ant. 2 OHS 226 (cf. OCO 412)



Credo vi-dé- re bona Dómi-ni in terra vi-vénti- um.



*Ps.*Exáudi Dómine, vocem meam *qua* cla**má-** vi, * miserére me-*i*



et ex-**áu**di me. [flex]

II

[Exáudi, Dómine, vocem meam *qua* cla**má**vi, *
miserére me*i* et ex**áu**di me.]
De te dixit cor me*um*: †
« Exquírite fá*ci*em **e**ius »; *
fáciem tuam, Dó*mi*ne, re**quí**ram.
Ne avértas fáciem *tu*am **a** me, *
ne declínes in ira *a* servo **tu**o.
Adiútor meus es tu, ne *me* re**í**cias, *
neque derelínquas me, Deus *sa*lútis **me**æ.
Quóniam pater meus et mater mea de*re*li**qué**runt me, *
Dóminus *au*tem as**súmp**sit me.
Osténde mihi, Dómine, *vi*am **tu**am, *
et dírige me in sémitam rectam propter in*i*mícos **me**os.
Ne tradíderis me in ánimam tribulántium *me;* †
quoniam insurrexérunt in me tes*tes* in**í**qui, *
et qui violén*tiam* **spi**rant.
Credo vidére *bo*na **Dó**mini *
in *ter*ra vi**vén**tium.
Exspécta Dóminum, virí*li*ter **a**ge, *
et confortétur cor tuum, et *sú*stine **Dó**minum.

Ant. 3 PM 372 (OCO 412)

VIII a



Christo da-tus est princi-pá-tus et honor re- gni:



omnis pó-pu-lus, tri-bus et lin-guæ sérvi- ent e- i in æ-





térnum. *C.* Grá- ti- as agámus Deo **Pa-**tri, * qui dignos nos fecit



in partem sortis sanctó-*rum* in **lú**mi-ne. [flex]

Canticum Col 1: 12–20

[Grátias agámus Deo **Pa**tri, *
qui dignos nos fecit in partem sortis sanctó*rum* in **lú**mine,]
qui erípuit nos de potestáte tene**brá**rum *
et tránstulit in regnum Fílii dilecti*ó*nis **su**æ,
in quo habémus redemptiónem per sánguinem **e**ius, *
remissiónem *pec*ca**tó**rum.
Qui est imágo Dei invi**sí**bilis, *
primogénitus omnis *crea***tú**ræ;
quóniam in ipso cóndita sunt univér*sa* †
in cælis et in **ter**ra, *
visibília et in*vi*si**bí**lia,
sive throni sive dominati**ó**nes *
sive principátus sive *po*tes**tá**tes:
ómnia per ipsum et in ipso creá*ta* sunt, †
et ipse est ante **om**nes, *
et ómnia in *i*pso **con**stant.
Et ipse est caput córporis Ecclé*si*æ, †
qui est princípium, primogénitus ex **mór**tuis, *
ut sit in ómnibus ipse pri*má*tum **te**nens;
quia in ipso complácuit omnem plenitúdinem inhabi**tá**re, *
et per eum reconciliáre ómni*a* in **i**psum,
pacíficans per sánguinem crucis **e**ius *
sive quæ in terris sive *quæ* in **cæ**lis sunt.

LECTIO BREVIS

Estóte factóres verbi et non auditóres tantum, falléntes vosmetípsos. † Qui autem perspéxerit in legem perféctam libertátis et permánserit in ea, non audítor obliviósus factus, sed factor óperis:

hic beátus in facto suo erit.

RESPONSORIUM BREVE AG 161




Ad Magnificat (p. 1454), ant. AG 359 (cf. OCO 412)




PRECES

In ómnibus nomen Dómini glorificétur, qui pópulum electiónis suæ infiníto amóre proséquitur. † Ad eum ergo hæc nostra orátio ascéndat: *Caritátem tuam, Dómine, demónstra.*
Recordáre, Dómine, Ecclésiæ tuæ,
— ut eam serves ab omni malo et in dilectióne tua perfícias.
Fac ut gentes agnóscant te solum esse Deum,
— et Iesum Christum Fílium tuum, quem misísti.
Próspera cuncta nostris concéde propínquis,
— tribue illis benedictiónem et vitam usque in sǽculum.
Affer solácium ópere et labóre onerátis,



— dignitátem víndica despectórum.
Exútis hódie córpore misericórdiæ tuæ portæ patéscant,
— eos in regnum tuum placátus admítte.
Pater noster *in tono simplice. Oratio Dominicæ de Proprio tempore vel de Liturgia Horarum.*

# FERIA V HEBDOMADÆ I

## Ad Invitatorium

Ant. (Ps. t. 6a, p. 1379) AJ 1: 65, cf. Poissy MS, fo. 63r (cf. LHR 180)

VI a


Ad-o-rémus Dó-mi-num quó-ni- am i-pse fe-cit nos.



*Ps.* Ve-ní- te.

HYMNUS cf. AG 166

VIII


1. Sol ecce surgit ígne- us: pi-get, pu-descit, pǽ-ni- tet,



nec te-ste quisquam lú-mi- ne peccá- re constán-ter po- test.

2. Tandem facéssat cæcitas,
quæ nosmet in præceps diu
lapsos sinístris gréssibus
erróre traxit dévio.

3. Hæc lux serénum cónferat
purósque nos præstet sibi;
nihil loquámur súbdolum,
volvámus obscúrum nihil.

4. Sic tota decúrrat dies,
ne lingua mendax, ne manus
*ocu*líve peccent lúbrici,
ne noxa corpus ínquinet.

5. *Specu*látor astat désuper,
qui nos diébus ómnibus
actúsque nostros próspicit
a luce prim*a* in vésperum.

6. Deo Patri sit glória
eiúsque soli Fílio
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sæcula. Amen.



## Ad Officium lectionum

PSALMODIA

Ant. 1 AG 425 (OCO vacat)

I c


Factus est adiú-tor me- us, De- us me- us. *Ps.* De- us,



impollúta via ei-*us*, † elóquia Dómini igne ex-**a**-**mi**n**á**- ta; * pro-



téctor est ómnium sperán*ti*- um **in** se.

Psalmus 17, IV

[Deus, impollúta via eius, †
elóquia Dómini igne examináta; *
protéctor est ómnium sperántium in se.]
Quóniam quis Deus **præ**ter **Dó**minum? *
aut quæ munítio præter *De*um **no**strum?
Deus qui præcínxit **me** vir**tú**te, *
et pósuit immaculátam *vi*am **me**am;
qui perfécit pedes meos **tam**quam cer**vó**rum, *
et super excélsa *stá*tu**it** me;
qui docet manus **me**as ad **prœ**lium, *
et tendunt arcum zéreum brác*chi*a **me**a.

Ant. 2 Poissy MS fo. 165v; AJ 2: 43 (OCO vacat)

VIII a


Auxí- li- um no-bis, Salvá- tor, mit- te sa-lú- tis,




V

[Et dedísti mihi scutum salútis tuæ, †
et déxtera tua suscépit me, *
et mansuetúdo tua educávit me.]
Dilatásti gressus meos **sub**tus me, *
et non sunt infirmáta vestí*gi*a **me**a.
Persequébar inimícos meos et comprehendébam **il**los, *
et non convertébar, do*nec* de**fí**cerent.
Confringébam illos nec póterant **sta**re, *
cadébant subtus *pe*des **me**os.
Et præcinxísti me virtúte ad **bel**lum, *
et supplantásti insurgéntes *in* me **sub**tus me.
Et inimícos meos dedísti mihi **dor**sum, *
et odiéntes me di*sper*di**dí**sti.
Clamavérunt, nec erat qui salvos **fá**ceret, *
ad Dóminum, nec exau*dí*vit **e**os.
Et comminui eos ut púlverem ante fáciem **ven**ti, *
ut lutum plateárum con*trí*vi **e**os.
Eripuísti me de contradictiónibus **pó**puli, *
constituísti me in *ca*put **gén**tium.
Pópulus quem non cognóvi servívit **mi**hi, *
in audítu auris oboe*dí*vit **mi**hi.
Fílii aliéni blandíti sunt mi*hi* †
fílii aliéni invete**rá**ti sunt, *
contremuérunt in áb*di*tis **su**is.



Ant. 3 AM 22 (cf. OCO 412)




VI

[Vivat Dóminus, et benedíctus Adiútor meus, *
et exaltétur Deus salútis meæ.]
Deus qui das vindíctas mi*hi,* †
et subdis **pó**pulos **sub** me; *
liberátor meus de inimícis meis **ira**c**ú**ndis.
Et ab insurgéntibus in **me** ex**ál**tas me, *
a viro iníquo **éri**p**is** me.
Proptérea confitébor tibi in nati**ó**nibus, **Dó**mine, *
et nómini tuo **psal**mum **di**cam,
magníficans salútes regis su*i,* †
et fáciens misericórdiam **chri**sto **su**o, *
David et sémini eius **us**que in **sǽ**culum.

℣. Revéla, Dómine, óculos meos.
℟. Et considerábo mirabília de lege tua.

*Responsoria prolixa: post Lectionem primam,* Domine rex*, AJ 2:251 (POP 713); post Lectionem secundam,* Deus qui sedes*, AG 388 (POP 711).*

## Ad Laudes matutinas

PSALMODIA

Ant. 1 Poissy MS, fo. 64r; AJ 1:64 (cf. OCO 412)

VIII a



Quó-ni- am in te confí-dit á- nima me- a. *Ps.* Miseré-



re mei, Deus, miserére **me-** i, * quóniam in te cónfugit á*ni*ma



**me-** a. [flex]

Psalmus 56

[Miserére mei, Deus, miserére mei, *
quóniam in te cónfugit ánima mea;]
et in umbra alárum tuárum con**fú**giam, *
donec tránse*ant* in**sí**diæ.
Clamábo ad Deum al**tís**simum, *
Deum qui bene*fé*cit **mi**hi.
Mittet de cælo, et liberábit *me;* †
dabit in oppróbrium concul**cán**tes me. *
Mittet Deus misericórdiam suam et veri*tá*tem **su**am.
Anima mea recúmbit in médio catulórum le**ó**num, *
devorántium fí*li*os **hó**minum.
Dentes eórum arma et sa**gít**tæ, *
et lingua eórum gládi*us* a**cú**tus.
Exaltáre super cælos, **De**us, *
super omnem terram glór*ri*a **tu**a.
Láqueum paravérunt pédibus **me**is, *
et incurvávit se á*ni*ma **me**a;
fodérunt ante fáciem meam **fó**veam, *
et ipsi incidé*runt* in **e**am.



Parátum cor meum, De*us,* †
parátum cor **me**um; *
cantábo et *psal*mum **di**cam.
Exsúrge, glória me*a,* †
exsúrge, psaltérium et **cí**thara, *
excitá*bo* au**ró**ram.
Confitébor tibi in pópulis, **Dó**mine, *
et psalmum dicam tibi in *na*ti**ó**nibus,
quóniam magnificáta est usque ad cælos misericórdia **tu**a, *
et usque ad nubes vé*ri*tas **tu**a.
Exaltáre super cælos, **De**us, *
super omnem terram gló*ri*a **tu**a.

Ant. 2 AM 63 (OCO 412)

IV a



Pó- pu-lus me- us, a- it Dómi-nus, bo-nis me- is a-dim-



plé-bi-tur. *C.* Audí-te verbum Dó*mi*-ni, **gen-**tes, * et annuntiáte in



ín*su*-lis, quæ **pro**cul sunt.

Canticum Jer 31: 10–14

[Audíte verbum Dómini, gentes, *
et annuntiáte in ínsulis, quæ procul sunt,]
et dícite: « Qui dispérsit Israël, congre*gá*bit **e**um, *
et custódiet eum sicut pa*stor* gregem **su**um ».
Redémit enim Dó*mi*nus **Ia**cob, *
et liberávlt eum de manu *po*tenti**ó**ris,
et vénient et laudábunt in *mon*te **Si**on, *
et cónfluent *ad* bona **Dó**mini
super fruménto et vi*no* et **ó**leo *
et fetu pécorum *et* armen**tó**rum,

erítque ánima eórum quasi hor*tus* ir**rí**guus, *
  et ul*tra* non e**sú**rient.
Tunc lætábitur vir*go* in **cho**ro, *
  iúvenes *et* senes **si**mul;
et convértam luctum eó*rum* in **gáu**dium *
  et consolábor eos et lætificábo a *do*lóre **su**o
et inebriábo ánimam sacerdó*tum* pin**gué**dine, *
  et pópulus meus bonis me*is* adim**plé**bitur.

Ant. 3 AG 284 (cf. OCO 412)




Psalmus 47

[Magnus Dóminus et laudábilis nimis, *
  in civitáte Dei nostri.]
Mons sanctus eius collis **spe**ci**ó**sus, *
  exsultátio uni*vér*sæ **ter**ræ.
Mons Sion, extréma **a**qui**ló**nis, *
  cívitas *re*gis **ma**gni.
Deus in dómibus **e**ius **no**tus *
  factus est *ut* re**fú**gium.
Quóniam ecce reges **con**gre**gá**ti sunt, *
  convenér*unt* in **u**num.
Ipsi cum vidérunt, **sic** admi**rá**ti sunt, *
  conturbáti sunt, *dif*fu**gé**runt;



illic tremor appre**hénd**it **e**os, *
  dolóres ut par*tu*ri**én**tis.
In spíritu **o**ri**én**tis *
  cónteres *na*ves **Tha**rsis.
Sicut audívimus, sic vidimus in civitáte Dómini virtú*tum,* †
  in civitáte **De**i **no**stri; *
  Deus fundávit eam *in* æ**tér**num.
Recogitámus, Deus, miseri**cór**diam **tu**am *
  in médio *tem*pli **tu**i.
Secúndum nomen tuum, De*us,* †
  sic et laus tua in **fi**nes **ter**ræ; *
  iustítia plena est déx*te*ra **tu**a.
Lætétur mons Si*on,* †
  et exsúltent **fí**liæ **Iu**dæ *
  propter iudíc*i*a **tu**a.
Circúmdate Sion et comple**ctí**mini **e**am, *
  numeráte *tur*res **e**ius.
Pónite corda vestra in virtúte e*ius,* †
  et percúrrite **do**mos **e**ius, *
  ut enarrétis in progé*ni*e **ál**tera.
Quoniam hic est Deus, Deus no*ster* †
  in ætérnum et in **sǽ**culum **sǽ**culi: *
  ipse ducet *nos* in **sǽ**cula.

LECTIO BREVIS

Hæc dicit Dóminus: Cælum sedes mea, terra autem scabéllum pedum meórum. † Quæ est ista domus, quam ædificábitis mihi, et quis est iste locus quiétis meæ? Omnia hæc manus mea fecit, † et facta sunt univérsa ista, dicit Dóminus. Ad quem autem respíciam, † nisi ad paupérculum et contrítum spíritu, et treméntem sermónes meos?

RESPONSORIUM BREVE cf. AG 38





℣. Iu-sti-fi-ca- ti- ó-nes tu- as ser-vá-bo. * Exáudi. Gló- ri- a.



Clamá-vi.

Ad Benedictus, ant. (p. 1418) AG 219 (cf. OCO 412)

VII a



In sancti- tá- te servi- ámus Dómi-no, et li-be-rá- bit



nos ab i- ni-mí-cis nostris. *C.* Be-ne-díctus Dómi-nus De- us



Is-ra- ël, * quia visitávit et fecit redemptiónem ple-bis su- æ.

Preces

Grátias agámus Christo, qui lumen huius diéi nobis concédit, † et ad eum clamémus: *Bénedic et santífica nos, Dómine.*
Qui te pro peccátis nostris hóstiam obtulísti,
— incépta et propósita suscípias hodiérna.
Qui óculos nostros lucis dono lætíficas novæ,
— lúcifer oriáris in córdibus nostris.
Tríbue hódie nos esse ómnibus longánimes,
— ut imitatóres tui fíeri possímus.
Audítum, Dómine, fac nobis mane misericórdiam tuam.
— Sit hódie gáudium tuum fortitúdo nostra.
Pater noster *in tono simplici. Oratio de Proprio temporis vel de Liturgia Horarum.*



## Ad Horam mediam

Psalmodia

Ant. 1 PM 262 (OCO 412)

VIII a



Vi-vam et custó- di- am sermó-nes tu- as, Dómi-ne.



*Ps.* Bénefac servo tuo, et **vi-** vam * et custódiam ser*mó*nem **tu-** um.

Psalmus 118: 17–24 (Ghimel)

[Bénefac servo tuo, et vivam, *
et custódiam sermónem tuum.]
Revéla óculos **me**os, *
et considerábo mirabília de *le*ge **tu**a.
Incola ego sum in **ter**ra, *
non abscóndas a me præ*cé*pta **tu**a.
Defécit ánima mea in desiderándo iudícia **tu**a *
in *om*ni **tém**pore.
Increpásti su**pér**bos; *
maledícti qui errant a præ*cé*ptis **tu**is.
Aufer a me oppróbrium et con**témp**tum, *
quia testimónia tu*a* ser**vá**vi.
Etsi príncipes sedent, et advérsum me lo**quún**tur, *
servus tamen tuus exercétur in iustificatió*ni*bus **tu**is.
Nam et testimónia tua delectátio **me**a, *
et consílium meum iustificati*ó*nes **tu**æ.

Ant. 2 PM 38 (OCO 412)

I b



Qui te expéctant, Dómi-ne, non con-fundéntur. *Ps.* Ad







Psalmus 24 (I)

[Ad te, Dómine, levávi ánimam meam, *
Deus meus, in te confído: non erubéscam.]
Neque exsúltent super me ini**mí**ci **me**i, *
étenim univérsi qui sústinent te non *con*fun**dén**tur.
Confundántur infidéli**ter** a**gén**tes *
propter *va*ni**tá**tem.
Vias tuas, Dómine, de**món**stra **mi**hi, *
et sémitas tuas *é*do**ce** me.
Dírige me in veritáte tua et doce *me*, †
quia tu es Deus sa**lú**tis **me**æ, *
et te sustínui *to*ta **di**e.
Reminíscere miseratiónum tu**á**rum, **Dó**mine, *
et rnisericordiárum tuárum, quóniam a *sǽ*cu**lo** sunt.
Peccáta iuventútis meæ et delícta mea ne memí*ne*ris; †
secúndum misericórdiam tuam me**mén**to **me**i tu, *
propter bonitátem *tu*am, **Dó**mine.
Dulcis et **re**ctus **Dó**minus, *
propter hoc peccatóres vi*am* do**cé**bit;
díriget mansuétos **in** iu**dí**cio, *
docébit mites *vi*as **su**as,
Univérsæ viæ Dómini misericórdi**a** et **vé**ritas *
custodiéntibus testaméntum eius et testimó*ni*a **e**ius.
Propter nomen tuum, Dómine, propitiáberis pec**cá**to **me**o; *
mul*tum* est **e**nim.



Ant. 3 PM 38 (OCO 412)







II

[Quis est homo qui timet Dóminum? *
Docébit eum viam quam éligat.]
Anima eius in bonis *de*mo**rá**bitur, *
et semen eius here*di*tábit **ter**ram.
Familiáriter aget Dóminus cum timén*ti*bus **e**um, *
ut testaméntum suum ma*ni*féstet **il**lis.
Oculi mei sem*per* ad **Dó**minum, *
quóniam ipse evéllet de láque*o* pedes **me**os.
Réspice in me, et mise*ré*re **me**i, *
quia únicus et *pau*per sum **e**go.
Diláta angústias *cor*dis **me**i, *
et de necessitátibus me*is* éru**e** me.
Vide humilitátem meam et la*bó*rem **me**um, *
et dimítte univérsa *de*lícta **me**a.
Réspice inimícos meos, quóniam mul*ti*pli**cá**ti sunt, *
et ódio cru*dé*li o**dé**runt me.
Custódi ánimam meam, et *é*ru**e** me; *
non erubéscam, quóniam *spe*rávi **in** te.
Innocéntia et ǽquitas cu*stó*di**ant** me, *
quia su*stí*nu**i** te.
Líbera, *De*us, **Is**raël *
ex ómnibus tribulati*ó*nibus **su**is.

## Ad Tertiam

LECTIO BREVIS

Ecce formans montes et creans ventum et annúntians hómini cogitatiónem eius, † fáciens auróram et ténebras et grádiens super excélsa terræ: Dóminus Deus exercítuum nomen eius.

℣. Benedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino.
℟. Laudáte et superexaltáte eum in sæcula.

*Oratio*

Te, Dómine, supplíciter exorámus: ut qui hora tértia Spíritum Sanctum orántibus Apóstolis tribuísti; nobis eiúsdem grátiæ participatiónem concédas benígnus: Per Christum.

## Ad Sextam

LECTIO BREVIS

Qui facit stellas Plíadis et Oriónem, † et convértit in mane ténebras, et diem in noctem obscúrat: qui vocat aquas maris et effúndit eas super fáciem terræ, Dóminus nomen eius.

℣. Magnificéntia et pulchritúdo in conspéctu eius.
℟. Poténtia et decor in sanctuário eius.

*Oratio*

Omnípotens sempitérne Deus: apud quem nihil est tenebrósum, nihil obscúrum; lucis tuæ in nos emítte splendórem: ut mandatórum tuórum lege percépta; in via tua dilatáto corde fidéliter ambulémus: Per Christum.

## Ad Nonam

LECTIO BREVIS

Qui ædíficat in cælo ascénsus suos et cámeram suam super terram fundat, † qui vocat aquas maris et effúndit eas super fáciem terræ: Dóminus nomen eius.

℣. Cæli enárrant glóriam Dei.
℟. Et ópera mánuum eius annúntiat firmaméntum.

*Oratio*

Da nobis orántibus, quæsumus, Dómine: ut patiéntiæ Unigéniti tui sequámur exémpla; et advérsa patiéndi constántiam habeámus: Per Christum.



## Ad Vesperas

HYMNUS cf. AG 166







2. Demérsa lymphis ímprimens,
subvecta cælis írrogans,
ut, stirpe una pródita,
divérsa répleant loca:

3. Largíre cunctis sérvulis,
quos mundat unda sánguinis,
nescíre lapsus críminum,
nec ferre mortis tædium,

4. Ut culpa nullum déprimat,
nullum levet iactántia,
elísa mens ne cóncidat,
eláta mens ne córruat.

5. Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sæculum. Amen.

PSALMODIA

Ant. 1 OHS 227 (OCO 412)






*Ps.* Exaltábo te, Dómine, quóniam extra-**xí**-sti me, * nec delectá-



sti inimícos *me-* os **su**per me.

Psalmus 29

[Exaltábo te, Dómine, quóniam extra**xí**sti me, *
nec delectásti inimícos *me*os **su**per me.]
Dómine Deus meus, clamávi **ad** te, *
*et* sa**ná**sti me.
Dómine, eduxísti ab inférno ánimam **me**am, *
vivificásti me, ut non descénde*rem* in **la**cum.
Psállite Dómino, sancti **e**ius, *
et confitémini memóriæ sancti*tá*tis **e**ius.
Quóniam ad moméntum indignátio **e**ius, *
et per vitam vo*lún*tas **e**ius.
Ad vésperum demorátur **fle**tus, *
ad matutí*num* læ**tí**tia.
Ego autem dixi in securitáte **me**a: *
« Non movébor *in* æ**tér**num ».
Dómine, in voluntáte **tu**a *
præstitísti monti me*o* vir**tú**tem;
avertísti fáciem tuam **a** me, *
et factus sum *con*tur**bá**tus.
Ad te, Dómine, cla**má**bam, *
et ad Deum meum *de*pre**cá**bar.
Quæ utílitas in sánguine **me**o, *
dum descéndo in cor*rup*ti**ó**nem?
Numquid confitébitur tibi **pul**vis, *
aut annuntiábit veri*tá*tem **tu**am?
Audi, Dómine, et miscrére **me**i, *
Dómine, esto mi*hi* ad**iú**tor.
Convertísti planctum meum in choros **mi**hi, *
conscidísti saccum meum, et accinxísti *me* læ**tí**tia,
ut cantet tibi glória mea, et non **tá**ceat. *
Dómine Deus meus, in ætérnum confi*té*bor **ti**bi.

Ant. 2 AJ 2:658 (cf. OCO 412)

III a 










Psalmus 31

[Beátus cui remíssa **est** in**í**quitas, *
et obtéctum *est* pec**cá**tum.]
Beátus vir cui non imputávit Dómi**nus** de**líc**tum, *
nec est in spíritu *e*ius **do**lus.
Quóniam tácui, inveteravérunt **os**sa **me**a, *
dum rugírem *to*ta **di**e.
Quóniam die ac nocte graváta est super me **ma**nus **tu**a, *
immutátus est vigor meus in ardóri*bus* æ**stá**tis.
peccátum meum cógnitum **ti**bi **fe**ci, *
et delíctum meum *non* ab**scón**di.
Dixi: « Confitébor advérsum me iniquitátem **me**am **Dó**mino ». *
Et tu remisísti impietátem pec*cá*ti **me**i.
Propter hoc orábit ad te **om**nis **sanc**tus *
in témpore *op*por**tú**no.
Et in dilúvio a**quá**rum mul**tá**rum *
ad eum non ap*pro*xi**má**bunt.
Tu es refúgium meum, a tribulatióne **con**ser**vá**bis me; *
exsultatiónibus salútis cir*cúm*da**bis** me.
Intelléctum tibi dabo, et ínstruam te in via qua **gra**di**é**ris; *
firmábo super te ó*cu*los **me**os.
Nolíte fíeri sicut equ**us** et **mu**lus, *
quibus non est intelléctus in ca*mo* et **fre**no;
si accédis ad **con**strin**gén**dum, *
non appró*xi*mant **ad** te.
Multi do**ló**res **ím**pii, *
sperántem autem in Dómino misericórdi*a* cir**cúm**dabit.
Lætámini in Dóinino et exsul**tá**te, **ius**ti, *
et gloriámini, omnes *rec*ti **cor**de.

Ant. 3 AG 998 (cf. OCO 412)




Canticum cf. Ap 11, 12

[Grátias **á**gimus **ti**bi, *
  Dómine De*us* om**ní**potens,]
qui es et qui eras et **qui** ven**tú**rus es; *
  quia accepísti virtútem tuam magnam *et* re**gná**sti.
Et i**rá**tæ sunt **gen**tes, *
  et advénit ira tua et tempus mortuórum *iu*di**cá**ri,
et réddere mercédem servis tuis, pro**phé**tis et **sanc**tis, *
  et timéntibus nomen tuum, pusíl*lis* et **ma**gnis.
Nunc facta est salus et virtus et regnum **Dei nos**tri *
  et potéstas *Chris*ti **e**ius,
quia proiéctus est accusátor **fra**trum no**stró**rum, *
  qui accusábat illos ante conspéctum Dei nostri
    di*e* ac **noc**te;
et ipsi vicérunt eum propter **sán**guinem **A**gni *
  et propter verbum testimó*nii* **su**i;
et non dilexérunt **á**nimas **su**as *
  us*que* ad **mor**tem.
Proptérea læ**tá**mini, **cæ**li, *
  et qui habitá*tis* in **e**is.

LECTIO BREVIS

Exultábitis, módicum nunc si opórtet contristári in váriis



tentatiónibus: ut probátio fidei vestræ, multo pretiósior auro (quod per ignem probátur), inveniátur in laudem et glóriam et honórem, in revelatióne Iesu Christi. † Quem cum vidéritis, dilígitis, in quem nunc quoque non vidéntes créditis: credéntes autem exsultábitis lætítia inenarrábili et glorificáta, reportántes finem fídei vestræ, salútem animárum.

RESPONSORIUM BREVE cf. AG 52




Ad Magnificat (p. 1454), ant. AG 213 (cf. OCO 412)



PRECES

Laudémus Deum auxílii nostri, in quo nostra spes tota résidet, † eúmque invocémus devóte clamántes:
*Réspice fílios tuos, Dómine.*
Dómine Deus noster, qui cum pópulo tuo fœdus ætérnum pepigísti,
— fac ut semper tua magnália recolámus.
Univérsum órdinem sacerdotálem in tua pérfice caritáte,
— et fidéles tuos in unitáte spíritus per vínculum pacis semper consérva.
Civitátem terrénam fac ut semper tecum exstruámus,
— ne forte in vanum labórent, qui ædíficant eum.
Mitte operários in messem tuam,
— ut magnificétur nomen tuum in géntibus.
Propínquos et benefactóres defúnctos sanctis tuis accénse,
— et nos beátis aliquándo consócia.
Pater noster *in tono simplice.*

*Oratio Dominicæ de Proprio tempore vel de Liturgia Horarum.*



# FERIA VI HEBDOMADÆ I

## Ad Invitatorium

Ant. (Ps. t. 6a, p. 1379) AJ 1: 68, cf. Poissy MS, fo. 66$^{v}$ (cf. LHR 180)




HYMNUS cf. AG 166




2. Da déxteram surgéntibus,
exsúrgat et mens sóbria
flagrans et in laudem Dei
grates repéndat débitas.

3. Ortus refúlget lúcifer
ipsámque lucem núntiat,
cadit calígo nóctium,
lux sancta nos illúminet,

4. Manénsque nostris sénsibus
noctem repéllat sǽculi
omníque fine témporis
purgáta servet péctora.

5. Quæsíta iam primum fides
radícet altis sénsibus,
secúnda spes congáudeat;
tunc maior exstat cáritas.

6. Sit Christe, rex piíssime,
tibi Patríque glória
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sǽcula. Amen.

## Ad Officium lectionum

PSALMODIA

Ant. 1 AG 470 (OCO vacat)



Iusti-fi-cé- ris, Dómi-ne, in sermó-ni-bus tu- is, et vin-



cas cum iu-di-cá-ris. *Ps.* Iúdica, Dómine, iudi**cán**tes me; * impú-



gna *im*pu**gnán**tes me. [flex]

Psalmus 34, I

[Iúdica, Dómine, iudicántes me; *
impúgna impugnántes me.]
Apprehénde clípeum et scu*tum*, †
et exsúrge in adiutórium **mi**hi. *
Dic ánimæ meæ: « Salus *tu*a **e**go sum ».
Anima autem mea exsultábit in **Dó**mino, *
et delectábitur super salu*tá*ri **su**o.
Omnia ossa mea **di**cent: *
« Dómine, quis sí*mi*lis **ti**bi?
Erípiens ínopem de manu fortiórum **e**ius, *
egénum et páuperem a diripién*ti*bus **e**um ».
Surgéntes testes i**ní**qui, *
quæ ignorábam, in*ter*ro**gá**bant me;
retribuébant mihi mala pro **bo**nis, *
desolátio est á*ni*mæ **me**æ.



Ant. 2 AG 460 (cf. OCO 413)



Iúdi-ca causam me- am; de- fénde, qui- a po-tens



es, Dómi-ne. *Ps.* Ego autem, cum infirma**rén-**tur, * indué*bar* ci-



**lí-**ci- o. [flex]

II

[Ego autem, cum infirmaréntur, *
induébar cilício,]
humiliábam in ieiúnio ánimam **me**am, *
et orátio mea in sinu meo con*ver*te**bá**tur.
Quasi cum próximo et quasi cum fratre meo ambu**lá**bam, *
quasi lugens matrem contristátus *in*cur**vá**bar.
Cum autem vacillárem, lætáti sunt et conve**né**runt; *
convenérunt contra me percutiéntes, quos *i*gno**rá**bam.
Diripuérunt, et non desisté*bant;* †
tentavérunt me, subsannavérunt me subsannati**ó**ne, *
frenduérunt super me dén*ti*bus **su**is.

Ant. 3 OHS 39 (OCO vacat)



Exsúrge, Dómi-ne, et iú-di-ca causam me- am. Ps. Dó-



mine, quámdiu aspí-ci- es? † Restítue ánimam meam a maligni-**tá-**



te e- **ó-** rum, * a leónibus ú*ni*-cam **me-** am.

III

[Dómine, quámdiu aspícies? †
Restítue ánimam meam a malignitáte eórum, *
a leónibus únicam meam.]
Confitébor tibi in ec**clé**sia **ma**gna, *
in pópulo mul*to* lau**dá**bo te.
Non supergáudeant mihi inimíci **me**i men**dá**ces, *
qui odérunt me gratis et án*nu*unt **ó**culis.
Vidísti, Dómi**ne**, ne **sí**leas; *
Dómine, ne di*scé*das **a** me.
Exsúrge et evígila ad iudícium **me**um, *
Deus meus et Dóminus meus, ad *cau*sam **me**am.
Exsúltent et lætèntur, qui volunt iu**stí**tiam **me**am, *
et dicant semper: « Magnificétur Dóminus,
qui vult pacem *ser*vi **sui** ».
Et lingua mea meditábitur iu**stí**tiam **tu**am, *
tota die *lau*dem **tu**am.

℣. Fili mi, custódi sermónes meos.
℟. Serva mandáta mea, et vives.

*Responsoria prolixa: post Lectionem primam,* Impetum inimicorum*, AJ 2:254 (POP 713); post Lectionem secundam,* Omni tempore*, AG 576 (POP 711).*

## Ad Laudes matutinas

PSALMODIA

Ant. 1 AG 141 (cf. OCO 413)

VIII a



Mi-se-ré- re me- i, De- us, secúndum magnam mi-se- ri-





córdi- am tu- am. *Ps.* et secúndum multitúdinem miseratiónum



tu- **á-** rum * dele iniquí*tá*-tem **me-** am.

Psalmus 50

[Miserére mei, Deus, *
secúndum misericórdiam tuam;
† et secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum *
dele iniquítátem meam.]
Amplius lava me ab iniquitáte **me**a, *
et a peccáto *me*o **mun**da me.
Quóniam iniquitátem meam ego co**gnó**sco, *
et peccátum meum contra *me* est **sem**per.
Tibi, tibi soli pec**cá**vi, *
et malum co*ram* te **fe**ci,
ut iustus inveniáris in sentén*ti*a **tu**a *
et æquus in iudí*ci*o **tu**o.
Ecce enim in iniquitáte gene**rá**tus sum, *
et in peccáto concépit me *ma*ter **me**a.
Ecce enim veritátem in corde dile**xí**sti, *
et in occúlto sapiéntiam manife*stá*sti **mi**hi.
Aspérges me hyssópo, et mun**dá**bor; *
lavábis me, et super nivem *de*al**bá**bor.
Audíre me fácies gáudium et læ**tí**tiam, *
et exsultábunt ossa quæ hu*mi*li**á**sti.
Avérte fáciem tuam a peccátis **me**is, *
et omnes iniquitátes *me*as **de**le.
Cor mundum crea in me, **De**us, *
et spíritum firmum ínnova in viscé*ri*bus **me**is.
Ne proícias me a fácie **tu**a, *
et spíritum sanctum tuum ne áu*fe*ras **a** me.
Redde mihi lætítiam salutáris **tu**i, *
et spíritu promptíssi*mo* con**fír**ma me.
Docébo iníquos vias **tu**as, *

et ímpii ad te *con*ver**tén**tur.
Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salútis **me**æ, *
et exsultábit lingua mea iustí*ti*am **tu**am.
Dómine, lábia mea a**pé**ries, *
et os meum annuntiábit *lau*dem **tu**am.
Non enim sacrifício dele**ctá**ris, *
holocáustum, si ófferam, *non* pla**cé**bit.
Sacrifícium Deo spíritus contribu**lá**tus, *
cor contrítum et humiliátum, Deus, *non* de**spí**cies.
Benígne fac, Dómine, in bona voluntáte tua **Si**on, *
ut ædificéntur mu*ri* Ie**rú**salem.
Tunc acceptábis sacrifícium iustítiæ, oblatiónes et holo**cáu**sta; *
tunc impónent super altáre *tu*um **ví**tulos.

Ant. 2 AR 144 (OCO 413)




Canticum Is 45.15–25

[Vere tu es Deus abscónditus, *
Deus Israël salvátor.]
Confúsi sunt et erubuérunt **om**nes, *
simul abiérurt in confusiónem fabrica**tó**res er**ró**rum.
Israël salvátus est in Dómino salúte æ**tér**na; *
non confundémini et non erubescétis
usque in **sǽ**culum **sǽ**culi.
Quia hæc dicit Dóminus creans **cæ**los, *
ipse Deus formans terram et fáciens eam, ipse **pla**stes **e**ius;
non in vanum creávit e*am;* †



ut habitarétur formávit **e**am: *
« Ego Dóminus, et **non** est **á**lius.
Non in abscóndito lo**cú**tus sum, *
in loco terræ **te**ne**bró**so;
non dixi sémini Iacob: "Frustra quǽri**te** me"; *
ego Dóminus loquens iustítiam, an**nún**tians **re**cta ».
Congregámini et veníte et accédite **si**mul, *
qui salváti **e**stis ex **gén**tibus:
nesciérunt qui levant lignum sculptúræ **su**æ *
et rogant deum **non** sal**ván**tem.
Annuntiáte et veníte et consiliámini **si**mul: *
« Quis audítum fecit hoc ab inítio, ex tunc præ**dí**xit **il**lud?
numquid non ego Dó*mi*nus, †
et non est ultra Deus **abs**que me? *
Deus iustus et salvans **non** est **præ**ter me.
Convertímini ad me, et salvi éritis, omnes fines **ter**ræ, *
quia ego Deus, et **non** est **á**lius.
In memetípso iurá*vi;* †
egrediétur de ore meo iustítiæ **ver**bum *
et **non** rever**té**tur;
quia mihi curvábitur omne **ge**nu, *
et iurábit **om**nis **lin**gua.
Ergo in Dómino, dicet, meæ sunt iustítiæ et im**pé**rium; *
ad eum vénient et confundéntur omnes qui re**pú**gnant **e**i.
In Dómino iustificábitur et lau**dá**bitur *
omne **se**men **Is**raël ».

Ant. 3 AJ 1: 69, cf. Poissy MS, fo. 66v (cf. OCO 413)





[flex]

Psalmus 99

[Iubiláte Dómino, omnis terra, *
† servíte Dómino in lætítia;
introíte in conspéctu eius *
in exsultatióne.]
Scitóte quóniam Dóminus ipse est De*us;* †
ipse fecit nos, et ip*sí*us **su**mus, *
pópulus cius et oves *pá*scuæ **e**ius.
Introíte portas eius in confessió*ne,* †
átria e*ius* in **hym**nis, *
confitémini illi, benedícite *nó*mini **e**ius.
Quóniam suávis est Dó*mi*nus; †
in ætérnum misericór*di*a **e**ius, *
et usque in generatiónem et generatiónem *vé*ritas **e**ius.

LECTIO BREVIS

Omnis sermo malus ex ore vestro non procédat; † sed si quis bonus ad ædificatiónem fídei, ut det grátiam audiéntibus. Et nolíte contristáre Spíritum Sanctum Dei, in quo signáti estis in diem redemptiónis. † Omnis amaritúdo et ira et indignátio et clamor et blasphémia tollátur a vobis, cum omni malítia. Estóte autem ínvicem benígni, misericórdes, donántes ínvicem, sicut et Deus in Christo donávit vobis.

RESPONSORIUM BREVE cf. AG 39

IV



Audí- tam fac mi- hi ma-ne * Mi-se-ri-córdi- am tu- am.





℣. No-tam fac mi-hi vi- am in qua ámbu- lem. * Mi-se- ri-córdi-



am tu- am. Gló-ri- a. Audí- tam.

Ad Benedictus, ant. (p. 1412) PM 230 (OCO 413)

V



Vi- si- tá- vit et fe- cit red-empti- ó-nem Dó-mi-nus



ple-bis su- æ. *C.* Be-ne-díctus Dómi-nus De- us Is-ra- ël, * qui- a



visitávit et fecit redemptiónem ple-bis su- æ.

PRECES

Christum, qui per crucem suam salútem géneri cóntulit humáno, adorémus, † et pie clamémus:
*Misericórdiam tuam nobis largíre, Dómine.*
Christe, sol et dies noster, illúmina nos rádiis tuis,
— et omnes sensus malos iam mane compésce.
Custódi cogitatiónes, sermónes et ópera nostra,
— ut hódie in conspéctu tuo placére possímus.
Avérte fáciem tuam a peccátis nostris,
— et omnes iniquitátes nostras dele.
Per crucem et resurrectiónem tuam,
— reple nos consolatióne Spíritus Sancti.
Pater noster *in tono simplici. Oratio de Proprio temporis vel de*

*Liturgia Horarum.*

## Ad Horam mediam

PSALMODIA

Ant. IV a PM 263 (OCO 413)




### Psalmus 118: 25–32 (Daleth)

[Adhæsit púlveri ánima mea; *
  vivífica me secúndum verbum tuum.]
Vias meas enuntiávi, et *ex*au**dí**sti me; *
  doce me iustifica*ti*ónes **tu**as.
Viam mandatórum tuórum fac me *in*tel**lé**gere, *
  et exercébor in mira*bí*libus **tu**is.
Lacrimáta est ánima mea *præ* mæ**ró**re; *
  érige me secún*dum* verbum **tu**um.
Viam mendácii a**vér**te **a** me, *
  et legem tuam da *mi*hi be**ní**gne.
Viam veritá*tis* **e**l**é**gi, *
  iudícia tua pro*pó*sui **mi**hi.
Adhæsi testimóniis *tu*is, **Dó**mine; *
  no*li* me con**fún**dere.
Viam mandatórum tu*ó*rum **cur**ram, *
  quia dila*tá*sti cor **me**um.



Ant. 2 AG 202 (cf. OCO 413)




### Psalmus 25

[Iúdica me, Dómine, †
  quóniam ego in innocéntia mea ingréssus sum, *
  et in Dómino sperans non infirmábor.]
Proba me, Dómi**ne**, et **ten**ta me; *
  ure renes meos *et* cor **me**um.
Quóniam misericórdia tua ante **ó**culos **me**os est, *
  et ambulávi in veri*tá*te **tu**a.
Non sedi cum viris **va**ni**tá**tis, *
  et cum occúlte agéntibus non *in*tro**í**bo.
Odívi ecclésiam **ma**lig**nán**tium, *
  et cum ímpiis *non* se**dé**bo.
Lavábo in innocéntia **ma**nus **me**as, *
  et circúmdabo altáre *tu*um, **Dó**mine,
ut audítas fáciam **vo**ces **lau**dis, *
  et enárrem univérsa mirabí*li*a **tu**a.
Dómine, diléxi habitáculum **do**mus **tu**æ, *
  et locum habitatiónis gló*ri*æ **tu**æ.

Ne cólligas cum ímpiis **á**nimam **me**am, *
    et cum viris sánguinum *vi*tam **me**am.
In quorum mánibus i**ni**qui**tá**tes sunt, *
    déxtera eórum repléta *est* mu**né**ribus.
Ego autem in innocéntia **me**a in**grés**sus sum, *
    rédime me et mise*ré*re **me**i.
Pes meus stetit **in** di**réc**to, *
    in ecclésiis bene*dí*cam **Dó**mino.

Ant. 3 AG 460 (cf. OCO 413)




Psalmus 27: 1–3, 6–9

[Ad te, Dómine, clamábo; *
    Deus meus, ne síleas a me.]
Nequándo táceas **a** me, *
    et assimilábor descendéntibus *in* **la**cum.
Exáudi vocem deprecatiónis meæ, dum clamo **ad** te, *
    dum extóllo manus meas ad templum san*ctum* **tu**um.
Ne simul trahas me cum pecca**tó**ribus, *
    et cum operántibus ini*qui***tá**tem.
Qui loquúntur pacem cum próximo **su**o, *
    mala autem in córdibus *e***ó**rum.



Benedíctus Dó*mi*nus, †
    quoniam exaudívit vocem deprecatiónis **me**æ; *
    Dóminus adiútor meus et proté*ctor* **me**us,
in ipso sperávit cor meum, et adiútus *sum*, †
    et exsultávit cor **me**um, *
    et in cántico meo confité*bor* **e**i.
Dóminus fortitúdo plebi **su**æ, *
    et refúgium salvatiónum chri*sti* **su**i est.
Salvum fac pópulum tuum, et bénedic hereditáti **tu**æ, *
    et pasce eos et extólle illos usque in *æ***tér**num.

## Ad Tertiam

LECTIO BREVIS

Idem sápite, eándem caritátem habéntes, unánimes, idípsum sapiéntes, † nihil per contentiónem neque per inánem glóriam, sed in humilitáte superióres sibi ínvicem arbitrántes: non, quæ sua sunt, sínguli considerántes, sed et ea, quæ aliórum.

℣. Univérsæ viæ Dómini misericórdia et véritas.
℟. Custodiéntibus testaméntum eius et testimónia eius.

*Oratio*

Dómine Iesu Christe: qui hora tértia ad crucis pœnam ductus es pro mundi salúte; te súpplices exorámus: ut et de prætéritis malis semper apud te véniam impetrémus; et de futúris iúgiter habeámus custódiam: Qui vivis.

## Ad Sextam

LECTIO BREVIS

Etsi crucifíxus est Christus ex infirmitáte, sed vivit ex virtúte Dei. † Nam et nos infírmi sumus in illo: sed vivémus cum eo ex virtúte Dei.

℣. Adhæsit púlveri ánima mea.
℟. Vivífica me secúndum verbum tuum, Dómine.

*Oratio*

Dómine Iesu Christe: qui hora sexta, univérso mundo in ténebris constitúto pro redemptióne nostra crucis lignum ínnocens ascendísti; illam nobis lucem semper concéde, per quam ad ætérnam vitam perveníre mereámur: Qui vivis.

## Ad Nonam

LECTIO BREVIS

Indúite vos sicut elécti Dei, sancti et dilécti, víscera misericórdiæ, benignitátem, humilitátem, mansuetúdinem, patiéntiam, supportántes ínvicem et donántes vobis ipsis, si quis advérsus áliquem habet querélam; sicut et Dóminus donávit vobis, ita et vos.

℣. Miserátor et miséricors Dóminus.
℟. Longánimis et multæ misericórdiæ.

*Oratio*

Dómine Iesu Christe, qui pæniténtem latrónem de patíbulo crucis in regnum tuum transíre fecísti: † peccáta nostra confiténtes te cum fidúcia deprecámur: ut post mortem nos fácias paradísi portas introíre gaudéntes: Qui vivis.

## Ad Vesperas

HYMNUS cf. AG 166









2. Qui magna rerum córpora,
dictu iubéntis vívida,
ut sérviant per órdinem
subdens dedísti hómini:

3. Repélle a servis tuis
quicquid per immundítiam
aut móribus se súggerit,
aut áctibus *se* intérserit.

4. Da gaudiórum præmia,
da gratiárum múnera;
disólve litis víncula,
astrínge pacis fœdera.

5. Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sæculum. Amen.

PSALMODIA

Ant. 1 AJ 1:62 (cf. OCO 413)










Psalmus 40

[Beátus qui intéllegit de e**gé**no, *
in die mala liberábit e*um* **Dó**minus.]
Dóminus servábit eum, et vivificábit e*um*, †
et beátum fáciet eum in **ter**ra, *
et non tradet eum in fauces inimicó*rum* **e**ius.
Dóminus opem feret illi super lectum dolóris **e**ius; *
univérsum stratum eius versábis in infirmitá*te* **e**ius.
Ego dixi: « Dómine, miserére **me**i; *
sana ánimam meam, quia peccá*vi* **ti**bi ».
Inimíci mei dixérunt mala **mi**hi: *
« Quando moriétur, et períbit no*men* **e**ius? »

Et si ingrediebátur, ut visitáret, vana loquebá*tur*; †
cor eius congregábat iniquitátem **si**bi, *
egrediebátur foras et de*tra***hé**bat.
Simul advérsum me susurrábant omnes inimíci **me**i; *
advérsum me cogitábant ma*la* **mi**hi
« Malefícium effúsum est in **e**o; *
et qui decúmbit non adíciet ut *re***súr**gat ».
Sed et homo pacis meæ, in quo spe**rá**vi, *
qui edébat panem meum, levávit contra me *cal***cá**neum.
Tu autem, Dómine, miserére **me**i; *
et resúscita me, et retríbu*am* **e**is.
In hoc cognóvi quóniam volu**ís**ti me, *
quia non gaudébit inimícus me*us* **su**per me;
me autem propter innocéntiam susce**pís**ti, *
et statuísti me in conspéctu tuo in *æ***tér**num.
Benedíctus Dóminus Deus **Is**raël *
a sǽculo et usque in sǽculum. Fi*at*, **fi**at.

Ant. 2 AJ 1:62 (cf. OCO 413)




Psalmus 45

[Deus est nobis refúgi**um** et **vir**tus, *
adiutórium in tribulatiónibus invén*tus* est **ni**mis.]
Proptérea non timébimus, dum tur**bá**bitur **ter**ra, *
et transferéntur montes *in* cor **ma**ris.
Fremant et intuméscant **a**quæ **e**ius, *



conturbéntur montes in elati*ó*ne **e**ius.
Flúminis rivi lætíficaiit civi**tá**tem **De**i, *
sancta tabernácu*la* Al**tís**simi.
Deus in médio eius, non **com**mo**vé**bitur; *
adiuvábit eam Deus ma*ne* di**lú**culo.
Fremuérunt gentes, com**mó**ta sunt **re**gna; *
dedit vocem suam, liquefác*ta* est **ter**ra.
Dóminus vir**tú**tum no**bís**cum, *
refúgium nobis *De*us **Ia**cob.
Veníte, et vidéte **ó**pera **Dó**mini, *
quæ pósuit prodígia *su*per **ter**ram.
Auferet bella usque ad finem ter*ræ*, †
arcum cónteret et con**frín**get **ar**ma, *
et scuta com*bú*ret **i**gni.
Vacáte, et vidéte quóniam **e**go sum **De**us; *
exaltábor in géntibus, et exaltá*bor* in **te**rra.
Dóminus vir**tú**tum no**bis**cum, *
refúgium nobis *De*us **Ia**cob.

Ant. 3 MG 58 (cf. OCO 413)




Canticum Ap 15:3–4

[Magna et mirabília sunt ó*pe*ra **tu**a, *
Dómine *De*us om**ní**potens:]
iustæ et veræ sunt *vi*æ **tu**æ, *
*rex* sæcu**ló**rum.

Quis non timé*bit* te, **Dó**mine, *
    et magnificá*bit* nomen **tu**um?
quia solus pius *es*, †
    quóniam omnes gentes vénient *et* ado**rá**bunt
        in con*spéc*tu **tu**o, *
    quóniam iudicia tu*a* mani**fés**ta sunt.

LECTIO BREVIS

Debémus nos firmióres imbecillitátes infirmórum sustinére, et non nobis placére. † Unusquísque vestrum próximo suo pláceat in bonum ad ædificatiónem: étenim Christus non sibi plácuit, sed sicut scriptum est: Impropérium improperántium tibi cecidérunt super me.

RESPONSORIUM BREVE cf. AJ 1: 712

**VI**










Ad Magnificat (p. 1450), ant. AG 564 (cf. OCO 413)

**VII a**












PRECES

Benedíctus Deus, qui propítius vota egéntium intuétur et esuriéntes replet bonis; † fidénter ígitur ei supplicémus:
*Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.*
Dómine, Pater noster clementíssime, te rogámus pro doléntibus membris Ecclésiæ tuæ,
— quórum caput, in ligno crucis suspénsum, sacrifícium vespertínum consummávit.
Solve compedítos, illúmina cæcos,
— pupíllos et víduas súscipe.
Tuam fidéles omnes índue armatúram,
— ut advérsus insídias diáboli consístere possint.
Nobis, Dómine, misericors adésto in hora éxitus nostri,
— ut fidéles inveniámur et in tua pace ex hoc mundo transeámus.
Educ defúnctos in lucem, quam inhábitas,
— ut te conspíciant in ætérnum.
Pater noster *in tono simplice.*

*Oratio Dominicæ de Proprio Tempore vel de Liturgia Horarum.*

# SABBATUM HEBDOMADÆ I

## Ad Invitatorium

Ant. (Ps. t. 6a, p. 1379) AJ 1: 63 (cf. LHR 180!)

VI a


In ma-nu tu- a, Do-mi-ne, Omnes fi- nes terræ. *Ps.* Ve-



ni- te.

HYMNUS cf. AG 166

VIII


1. Auró-ra iam spar-git po-lum, ter-ris di- es il-lá-bi-tur,



lu- cis re-súl-tat spí- cu- lum: di-scé- dat omne lú-bri- cum.

2. Iam vana noctis décidant,
mentis reátus súbruat,
quicquid tenébris hórridum
nox áttulit culpæ, cadat.

3. Ut mane illud último,
quo præstolámur cérnui,
in lucem nobis éffuat,
dum hoc canóre cóncrepat.

4. Deo Patri sit glória
eiúsque soli Fílio
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sæcula. Amen.



## Ad Officium lectionum

PSALMODIA

Ant. 1 AG 211 (cf. OCO 413)

I c


Dómi-ne, non est ex-al-tá-tum cor me- um. *Ps.* Dómine,



non est exal-**tá**tum cor **me-** um, * neque eláti sunt ó*cu*-li **me-** i.

Psalmus 130

[Dómine, non est exaltátum cor meum, *
neque eláti sunt óculi mei;]
neque ambu**lá**vi in **ma**gnis, *
neque in mirabí*li*bus **su**per me.
Vere pacátam **et** qui**é**tam *
feci á*ni*mam **me**am;
sicut ablactátus in sinu **ma**trís **su**æ, *
sicut ablactátus, ita in me est á*ni*ma **me**a.
Speret Isra**ël** in **Dó**mino, *
ex hoc nunc et us*que* in **sǽ**culum.

Ant. 2 AJ 1: 122, cf. Poissy MS, fo. 64v (cf. OCO 413)

IV a


Et omnis mansu- e- tú-di-nis e- ius. *Ps.* Meménto, Dó-



*mi*-ne, **Da-** vid * et omnis mansue*tú*-di-nis **e-** ius.

## Psalmus 131, I

[Meménto, Dómine, David *
  et omnis mansuetúdinis eius.]
Quía iur*á*vit **Dó**mino, *
  votum vovít *Po*ténti **Ia**cob:
« Non introíbo in tabernáculum *do*mus **me**æ, *
  non ascéndam in le*ctum* strati **me**i;
Non dabo somnum ó*cu*lis **me**is *
  et pálpebris meis dor*mi*tati**ó**nem,
donec invéniam *lo*cum **Dó**mino, *
  tabernáculum *Po*ténti **Ia**cob ».
Ecce audívimus eam es*se* in **E**phrata, *
  invénimus eam *in* campis **Ia**ar.
Ingrediámur in taberná*cu*lum **e**ius, *
  adorémus ad scabél*lum* pedum **e**ius.
Surge, Dómine, in ré*qui*em **tu**am, *
  tu et arca forti*tú*dinis **tu**æ.
Sacerdótes tui induán*tur* ius**tí**tiam, *
  et sancti *tu*i ex**súl**tent.
Propter David *ser*vum **tu**um *
  non avértas fáci*em* Christi **tu**i.

Ant. 3 AG 175 (OCO vacat)

**VII a**



E-ré-xit no-bis Dó-mi-nus cornu sa- lú- tis, in domo



Da-vid pú- e-ri su- i. *Ps.* Iurávit **Dó**minus **Da-** vid, * veritas est,



et non re**cé**det ab **e-** a.



## II

[Iurávit Dóminus David, *
  veritas est, et non recédet ab ea:]
« De fructu **ven**tris **tu**i *
  ponam super **se**dem **tu**am.
Si custodíerint fílii tui testa**mén**tum **me**um, *
  et testimónia mea quæ do**cé**bo **e**os,
fílii eórum **us**que in **sǽ**culum *
  sedébunt super **se**dem **tu**am ».
Quóniam elégit **Dó**minus **Si**on, *
  desiderávit eam in habitati**ó**nem **si**bi:
« Hæc réquies mea in **sǽ**culum **sǽ**culi; *
  hic habitábo, quóniam deside**rá**vi **e**am.
Cibária eius benedícens **be**ne**dí**cam, *
  pauperes elus satu**rá**bo **pá**nibus.
Sacerdótes eius índuam **sa**lu**tá**ri, *
  et sancti eius exsultatióne **ex**sul**tá**bunt.
Illic germináre fáciam **cor**nu **Da**vid, *
  parábo lucérnam **chri**sto **me**o.
Inimícos eius índuam con**fu**si**ó**ne, *
  super ipsum autem efflorébit dia**dé**ma **e**ius ».

℣. Veníte, et vidéte ópera Dómini.
℟. Qui pósuit prodígia super terram.

*Responsoria prolixa: post Lectionem primam,* Super muros, *AJ 2:2 (cf. OCO 468, POP 710); post Lectionem secundam,* Virgo parens, *AJ 2:*125 (POP 594), vel* Exsulta satis, *Lib. OSB (POP 710).*

## Ad Laudes matutinas

PSALMODIA

Ant. 1 PM 272 (OCO 413)

**I b**



Da mi- hi intellé-ctum et scru- tá-bor, Dómi-ne, le-



gem tu- am. *Ps.* Clamávi in toto corde, exáu**di** me, **Dó**mine; *



iustificatiónes tu- *as* ser**vá-** bo.

Psalmus 118: 145–152 (Koph)

[Clamávi in toto corde, exáudi me, Dómine; *
iustificatiónes tuas servábo.]
Clamávi ad te, **sal**vum **me** fac, *
ut custódiam testimó*ni*a **tu**a.
Prævéni dilúculo **et** cla**má**vi, *
in verba tua su*per*spe**rá**vi.
Prævenérunt óculi **me**i vi**gí**lias, *
ut meditárer elóq*ui*a **tu**a.
Vocem meam audi secúndum misericórdiam **tu**am, **Dó**mine, *
secúndum iudícium tuum vi*ví*fi**ca** me.
Appropinquavérunt persequéntes me **in** ma**lí**tia, *
a lege autem tua *lon*ge **fa**cti sunt.
Prope **es** tu, **Dó**mine, *
et ómnia præcépta *tu*a **vé**ritas.
Ab inítio cognóvi de testi**mó**niis **tu**is, *
quia in ætérnum fun*dá*sti **e**a.

Ant. 2 AV 130 (OCO 413)

IV a



For-ti-tú-do me- a: et laus me- a Dóminus, et factus est



mi- hi in sa-lú-tem. *C.* Cantémus Dó*mi*no; † gloriόse enim ma-





*gni*-fi**cá**tus est: * equum et ascensórem de-*ié*-cit in **ma-** re.

Canticum cf. Ex 15

[Cantémus Dómino; †
gloriόse enim magnificátus est: *
equum et ascensórem deiécit in mare.]
Fortitúdo mea et laus *me*a **Dó**minus, *
et factus est mi*hi* in sa**lú**tem;
iste Deus meus, et glorifi*cá*bo **e**um; *
Deus patris mei, et ex*al*tábo **e**um.
Dóminus quasi vir pugná*tor*; †
Omnípotens *no*men **e**ius. *
Currus Pharaónis et exércitum eius pro*ié*cit in **ma**re.
In spíritu furóris tui congregátæ sunt a*quæ;* †
stetit *un*da **flu**ens, *
congregátæ sunt abýssi in *mé*dio **ma**ri;
dixit inimícus: « Pérsequar et *com*pre**hén**dam; *
dívidam spólia, implébitur *a*nima **me**a,
evaginábo glá*di*um **me**um, *
interfíciet e*os* manus **me**a ».
Flavit spíritus tuus, et opéruit *e*os **ma**re; *
submérsi sunt quasi plurpbum in a*quis* vehe**mén**tibus.
Quis símilis tui in fórtibus, Dó*mi*ne? †
quis símilis tui, magníficus in *sanc*ti**tá**te, *
terríbilis atque laudábilis, fáci*ens* mira**bí**lia?
Extendísti manum tuam, et devorávit *e*os **ter**ra. *
Dux fuísti in misericórdia tua pópulo, *quem* rede**mí**sti:
et portásti eum in fortitú*di*ne **tu**a *
ad habitácu*lum* sanctum **tu**um.
Introdúces eos, et plantábis in monte heredi*tá*tis **tu**æ, *
firmíssimo habitáculo tuo, quod ope*rá*tus es, **Dó**mine,
sanctuárium tuum, Dómine, quod firmavérunt *ma*nus **tu**æ. *
Dóm inus regnábit in æ*tér*num et **ul**tra.

Ant. 3 AG 139 (cf. OCO 413)




Psalmus 116

[Laudáte Dóminum, omnes gentes, *
† collaudáte eum, *om*nes **pó**puli;
quóniam confirmáta est super nos miseri**cór**dia **e**ius, *]
et véritas Dómini manet *in* æ**tér**num.

LECTIO BREVIS

Fratres, magis satágite, ut per bona ópera certam vestram vocatiónem et electiónem faciátis; † hæc enim faciéntes, non peccábitis aliquándo. Sic enim abundánter ministrábitur vobis intróitus in ætérnum regnum Dómini nostri et Salvatóris Iesu Christi.

RESPONSORIUM BREVE cf. AG 39









Ad Benedictus, ant. (p. 1424) AG 268 (cf. OCO 413)




PRECES

Benedicámus Christum, qui vóluit per ómnia frátribus similári, ut misericors fíeret et fidélis póntifex ad Deum. † Eum rogémus dicéntes: *Dilectiónis tuæ thesáuros nobis largíre, Dómine.*
Sol iustítiæ, tibi dies noster consecrétur,
— qui in baptísmate nos illustrásti.
Per síngulas horas huius diéi benedicémus tibi,
— et laudábimus nomen tuum in ómnibus.
Qui Maríam matrem habuísti, verbo tuo dócilem,
— dírige hódie gressus nostros secúndum elóquium tuum.
Da nos, in rebus corruptibílibus peregrinántes, cæléstem incorruptiónem exspectáre,
— ut per fidem, spem et caritátem iam nunc beatitúdinis tuæ gáudia

præqustémus.

Pater noster *in tono simplici. Oratio de Proprio temporis vel de Liturgia Horarum.*

## Ad Horam mediam

PSALMODIA

Ant. 1 AG 141 (cf. OCO 413)

VI



De-duc me in iu-stí- ti- a tu- a, Dómi-ne. *Ps.* Le-



gem pone mihi, Dómine, viam iustificati- **ó**num tu- **á-** rum, * et



servábo *e-* am **sem**per.

Psalmus 118: 33–40 (He)

[Legem pone mihi, Dómine, viam iustificatiónum tuárum, *
  et servábo eam semper.]
Da mihi intelléctum, et servábo **le**gem **tu**am, *
  et eustódiam illam in toto *cor*de **me**o.
Deduc me in sémitam præce**ptó**rum tu**ó**rum, *
  quia *i*psam **vó**lui.
Inclína cor meum in testi**mó**nia **tu**a, *
  et non in *a*va**rí**tiam.
Avérte óculos meos, ne vídeant **va**ni**tá**tem, *
  in via tua vi*ví*fi**ca** me.
Súscita servo tuo el**ó**quium **tu**um, *
  quod est ad ti*mó*rem **tu**um.
Amove oppróbrium meum **quod** suspi**cá**tus sum, *
  quia iudícia tu*a* iu**cún**da.
Ecce concupívi man**dá**ta **tu**a; *
  in iustítia tua vi*ví*fi**ca** me.



Ant. 2 AG 215 (cf. OCO 413)

III b



Immít-tet ánge-lus Dómi- ni in ci-rú- i- tu timénti- um



e- um, et e-rí-pi- et e- os. *Ps.* Benedícam Dóminum in **om-**



ni **tém**po-re, * semper laus eius in o-*re* **me-** o. [flex]

Psalmus 33 (I)

[Benedícam Dóminum in omni témpore, *
  semper laus eius in ore meo.]
In Dómino gloriábitur **á**nima **me**a, *
  áudiant mansuéti et *lac***tén**tur.
Magnificáte **Dó**minum **me**cum, *
  et exaltémus nomen eius in *i***dí**psum.
Exquisívi Dóminum, **et** exau**dí**vit me, *
  et ex ómnibus terróribus meis erí*pu***it** me.
Respícite ad eum, et il**lu**mi**ná**mini, *
  et fácies vestræ non con*fun***dén**tur.
Iste pauper clamá*vit,* †
  et Dóminus exau**dí**vit **e**um, *
  et de ómnibus tribulatiónibus eius salvá*vit* **e**um.
Vallábit ángelus Dómini in circúitu ti**mén**tes **e**um, *
  et erípi*et* **e**os.
Gustáte et vidéte quóniam su**á**vis est **Dó**minus; *
  beátus vir qui sperat *in* **e**o.
Timéte Dóminum, **san**cti **e**ius, *
  quóniam non est inópia timén*ti*bus **e**um.
Dívites eguérunt et e**su**ri**é**runt, *
  inquiréntes autem Dóminum non defícient om*ni* **bo**no.

Ant. 3 PM 87 (OCO 413)




II

[Veníte, fílii, audíte me: *
timórem Dómini docébo vos.]
Quis est homo **qui** vult **vi**tam, *
díligit dies ut víde*at* **bo**num?
Próhibe linguam **tu**am a **ma**lo, *
et lábia tua ne loquán*tur* **do**lum.
Divérte a malo **et** fac **bo**num, *
inquíre pacem et perséque*re* **e**am.
Oculi Dómini **su**per **iu**stos, *
et aures eius in clamórem *e***ó**rum.
Vultus autem Dómini super faciéntes **ma**la, *
ut perdat de terra memóri*am* **e**órum.
Clamavérunt, et Dóminus exau**dí**vit, *
et ex ómnibus tribulatiónibus eórum liberá*vit* **e**os.
Iuxta est Dóminus iis qui contríto sunt **cor**de, *
et confráctos spíritu *sal***vá**bit.
Multæ tribulati**ó**nes ius**tó**rum, *
et de ômnibus his liberábit e*os* **Dó**minus.
Custódit ómnia **os**sa e**ó**rum, *
unum ex his non con*te***ré**tur.
Interfíciet pecca**tó**rem ma**lí**tia, *
et qui odérunt iustum, pu*ni***én**tur.
Rédimet Dóminus ánimas ser**vó**rum su**ó**rum, *
et non puniéntur omnes qui sperant *in* **e**o.



## Ad Tertiam

LECTIO BREVIS

Sciant omnes pópuli terræ quia Dóminus ipse est Deus et non est ultra absque eo. † Sit quoque cor vestrum perféctum cum Dómino Deo nostro: ut ambulétis in decrétis eius et custodiátis mandáta eius sicut et hódie.

℣. Deus meus, sémitas tuas édoce me.
℟. Dírige me in veritáte tua.

*Oratio*

Dómine Deus, Pater omnípotens: nobis maiestáti tuæ subiéctis Sancti Spíritus lumen infúnde; ut ab omni hoste secúri, in tua iúgiter laude lætémur: Per Christum.

## Ad Sextam

LECTIO BREVIS

Dolósum est cor super ómnia et insanábile: quis cognóscet illud? † Ego Dóminus scrutans cor et probans renes: qui do unicuíque iuxta viam suam et iuxta fructum óperum suórum.

℣. Ab occúltis meis munda me, Dómine.
℟. Et a supérbia custódi servum tuum.

*Oratio*

Concéde nobis, Dómine, lux ardens caritátis ætérnæ: ut tua semper caritáte ferventes; te super ómnia et fratres propter te uno diligámus amóre: Per Christum.

## Ad Nonam

LECTIO BREVIS

Sapiéntia Dei, cum sit una, ómnia potest: et in se pérmanens ómnia ínnovat. † Attíngit a fine usque ad finem fórtiter et dispónit ómnia suáviter.

℣. Quam magnificáta sunt ópera tua, Dómine.
℟. Nimis profúndæ factæ sunt cogitatiónes tuæ.

*Oratio*

Exáudi nos, Dómine, et præsta pacem, quam pétimus, consummátam: ut cunctis diébus vitæ nostræ tibi cum iucunditáte vacántes, beáta María Vírgine intercedénte; ad te secúri perveníre mereámur: Per Christum.



## DOMINICA HEBDOMADÆ II

### Ad I Vesperas

HYMNUS cf. AG 286





læ- témur omnes ínvi- cem pa- cis re-plé- ti mú-ne- re.



5. Præsta, Pa-ter pi- ís- si- me, Patrí- que compar U-ni- ce,



cum Spí-ri-tu Pa- rá-cli-to regnans per omne sǽcu-lum. A-men.

PSALMODIA

Ant. 1 Poissy Ant., fo. 66v; cf. AJ 1:69 (cf. OCO 414)

VII b



Con-fi-tébor Dómi-no nimis in o-re me- o. *Ps.* Lucer-



na pédibus meis **ver-**bum **tu-** um, * et lumen **sé**mi- tis **me-** is.

Psalmus 118: 105–112 XIV (Nun)

[Lucérna pédibus meis **ver**bum **tu**um, *
et lumen **sé**mitis **me**is.]
Iu**rá**vi et **stá**tui *
custodíre iudícia ius**tí**tiæ **tu**æ.
Humiliátus sum usque**qu**áque, **Dó**mine; *
vivífica me secúndum **ver**bum **tu**um.
Voluntária oris mei beneplácita sint, **Dó**mine, *
et iudícia **tu**a **do**ce me.
Anima mea in mánibus **me**is **sem**per, *
et legem tuam non **sum** ob**lí**tus.
Posuérunt peccatóres **lá**queum **mi**hi, *



et de mandátis tuis **non** er**rá**vi.
Heréditas mea testimónia tua **in** æ**tér**num, *
quia exsultátio **cor**dis **me**i sunt.
Inclinávi cor meum ad faciéndas iustificati**ó**nes **tu**as *
in æ**tér**num, in **fi**nem.

Ant. 2 PM 17 (OCO 414)

VIII a



Consérva me, Dómi-ne, quóni- am spe-rá-vi in te. †



*Ps.* Dixi Dómino: « Dóminus meus **es** tu, * bonum mihi *non* est



**si**ne te ». [flex]

Psalmus 15

[Consérva me, Deus, *
quóniam sperávi in te.
† Dixi Dómino: « Dóminus meus **es** tu, *
bonum mihi *non* est **si**ne te ».]
In sanctos qui sunt in terra, ínclitos **vi**ros, *
omnis volúntas me*a* in **e**os.
Multiplicántur dolóres e**ó**rum *
qui post deos aliénos acce*le*ra**vé**runt.
Non effúndam libatiónes eórum de san**guí**nibus, *
neque assúmam nómina eórum in lá*bi*is **me**is.
Dóminus pars hereditátis meæ et cálicis **me**i: *
tu es qui détines *sor*tem **me**am.
Funes cecidérunt mihi in præ**clá**ris; *
ínsuper et heréditas mea speció*sa* est **mi**hi.
Benedícam Dóminum qui tríbuit mihi intel**léc**tum; *
ínsuper et in nóctibus erudiérunt me *re*nes **me**i.
Proponébam Dóminum in conspéctu meo **sem**per, *

quóniam a dextris est mihi, non *com*mo**vé**bor.
Propter hoc lætátum est cor me*um*, †
et exsultavérunt præcórdia **me**a; *
ínsuper et caro mea requi*é*scet **in** spe.
Quóniam non derélinques animam meam in in**fér**no, *
nec dabis sanctum tuum vidére cor*rup*ti**ó**nem.
Notas mihi fácies vias vi*tæ*, †
plenitúdinem lætítiæ cum vultu **tu**o, *
delectatiónes in déxtera tua us*que* in **fi**nem.

Ant. 3 AG 803 (cf. OCO 414)




Canticum Phil 2:6–11

[Christus Iesus, cum in forma **De**i **es**set, *
non rapínam arbitrátus est esse se æ**quá**lem **De**o,]
sed semetípsum exinanívit, formam servi accípi*ens*, †
in similitúdinem **hó**minum **fac**tus *
et hábitu in**vén**tus ut **ho**mo.
Humiliávit semetíp*sum* †
factus obcédiens **us**que ad **mor**tem, *
mortem **au**tem **cru**cis.
Propter quod et Deus exaltávit il*lum* †



et donávit **il**li **no**men, *
quod est super **om**ne **no**men,
ut in nómine Iesu omne **ge**nu flec**tá**tur *
cæléstium, terréstrium et **in**fer**nó**rum,
et omnis lingua con**fi**te**á**tur *
quia Dóminus Iesus Christus in glória est **De**i **Pa**tris.

LECTIO BREVIS

Grátia vobis et pax a Deo Patre nostro. † Grátias ágimus Deo Patri Dómini Iesu Christi semper pro vobis orántes: audiéntes fidem vestram in Christo Iesu et dilectiónem, quam habétis in sanctos omnes, † propter spem, quæ repósita est nobis in cælis, quam ante audístis in verbo veritátis evangélii: quod pervénit ad vos, sicut et in univérso mundo est fructíficans et crescens sicut in vobis.

RESPONSORIUM BREVE




*Vel Respsonsorium prolixum:* AG 849 (POP 709)






*Ad Magnificat, antiphona ut in Proprio de Tempore.*

PRECES

Deus plebem, quam elégit in hereditátem suam, ádiuvat et tuétur, ut sit beata. † Ei grátias agámus et pietátis eius mémores clamémus: *In te Dómine, confidimus.*
Orámus te Pater Clementíssime, pro Papa nostro *N.* et Episcópo nostro *N.*
— prótege illos et tua virtúte santífica.
Infírmi se Christi sócios passiónum séntiant,
— et consolatiónis eius semper particípes.
Réspice in tua pietáte tecto caréntes,
— ut locum dignæ habitatiónis váleant inveníre.
Fructus terræ dare et conserváre dignéris,
— ut panem omnes cotidiánum repériat.



(*vel:* Gentem nostra a malo defénde propítius,
— ut tua pace et prsoperitáte fruátur.)
Tu, Dómine, magna defúnctos pietáte proséquere,
— mansiónem eis concéde cæléstem.
Pater noster *in tono solemni.*

*Oratio ut in Proprio de Tempore.*

**Ad Invitatorium**

Ant. (Ps. t. 6a, p. 1379) Poissy MS, fo. 58r, cf. AJ 1: 60 (cf. LHR 179)




HYMNUS AG 24












### Ad Officium lectionum

PSALMODIA

Ant. 1 Poissy MS, fo. AJ 1: 69v (cf. OCO 414)







Psalmus 103, I

[Bénedic, ánima mea, Dómino: *
Dómine Deus meus, magnificátus es veheménter.]
Confessiónem et decórem indu**í**sti, *
amíctus lúmine sicut *ves*ti**mén**to.
Exténdens cælum sicut **ve**lum; *
qui éxstruis in aquis cená*cu*la **tu**a.
Qui ponis nubem ascénsum **tu**um, *
qui ámbulas super pen*nas* ven**tó**rum.
Qui facis ángelos tuos **spí**ritus, *



et minístros tuos i*gnem* u**rén**tem.
Qui fundásti terram super stabilitátem **su**am, *
non inclinábitur in sǽ*cu*lum **sǽ**culi.
Abýssus sicut vestiméntum opéruit **e**am, *
super montes *sta*bant **a**quæ.
Ab increpatióne tua **fú**gient, *
a voce tonítrui tui *for*mi**dá**bunt.
Ascéndunt montes et descéndunt **cam**pi *
in locum quem statu*í*sti **e**is.
Términum posuísti, quem non transgredi**én**tur, *
neque converténtur ope*rí*re **ter**ram.
Qui emíttis fontes in tor**rén**tes; *
inter médium móntium *per*tran**sí**bunt,
potábunt omnes béstias **a**gri, *
exstínguent ónagri *si*tim **su**am.
Super ea vólucres cæli habi**tá**bunt, *
de médio ramórum *da*bunt **vo**ces.

Ant. 2 AG 279 (cf. OCO 414)










II

[Rigas montes de cenáculis tuis, *
de fructu óperum tuórum sátias terram.]
Prodúcis fenum iu**mén**tis, *
et herbam servién*ti*bus **hó**mini.
Edúcens panem de **ter**ra, *
et vinum quod lætífi*cat* cor **hó**minis.

Exhílarans fáciem in **ó**leo, *
panis autem cor hómi*nis* con**fír**mat.
Saturabúntur ligna **Dó**mini, *
et cedri Líbani *quas* plan**tá**vit.
Illic pásseres nidifi**cá**bunt, *
ródii domus in vérti*ce* e**á**rum.
Montes excélsi **cer**vis, *
petræ refúgium *he*ri**ná**ciis.
Fecit lunam ad témpora si**gnán**da, *
sol cognóvit oc*cá*sum **su**um.
Posuísti ténebras, et facta **est** nox: *
in ipsa reptábunt omnes bés*ti*æ **sil**væ,
cátuli leónum rugiéntes, ut **rá**piant *
et quærant a Deo *e*scam **si**bi.
Oritur sol, et congre**gán**tur, *
et in cubílibus su*is* re**cúm**bunt.
Exit homo ad opus **su**um, *
et ad operatiónem suam us*que* ad **vé**sperum.

Ant. 3 AG 264 (cf. OCO 414)




III

[Quam multiplicáta sunt ópera tua, Dómine: †
ómnia in sapiéntia fecísti, *
impléta est terra creatúra tua.]
Hoc mare magnum et spatiósum et la*tum*, †
illic reptília quorum **non** est **nú**merus, *



animália pu**síl**la cum **ma**gnis.
Illic naves **per**tran**sí**bunt, *
Levíathan quem formásti ad lu**dén**dum cum **e**o.
Omnia a **te** ex**spé**ctant, *
ut des illis escam in **tém**pore **su**o.
Dante te **il**lis, **cól**ligent, *
aperiénte te manum tuam, imple**bún**tur **bo**nis.
Averténte autem te fáciem, turbabún*tur*, †
revocábis spíritum eórum, **et** de**fí**cient, *
et in púlverem suum **re**ver**tén**tur.
Emíttes spíritum tuum, **et** crea**bún**tur, *
et renovábis **fá**ciem **ter**ræ.
Sit glória Dómi**ni** in **sæ**culum; *
lætétur Dóminus in o**pé**ribus **su**is.
Qui réspicit terram, et facit **e**am **tré**mere, *
qui tangit **mon**tes, et **fú**migant.
Cantábo Dómino in **vi**ta **me**a, *
psallam Deo meo **quám**di**u** sum.
Iucúndum sit ei eló**qúi**um **me**um, *
ego vero dele**ctá**bor in **Dó**mino.
Defíciant peccatóres a ter*ra*, †
et iníqui **i**ta ut **non** sint. *
Bénedic, ánima **me**a, **Dó**mino.

℣. Vestri beáti óculi quia vident.
℟. Et aures vestræ quia áudiunt.

*Responsoria prolixa: post Lectionem primam,* Si consurrexistis*, AJ 2:125 (POP 709); post Lectionem secundam,* In conspectu*, AJ 2:580 (POP 710).*

## Ad Laudes matutinas

PSALMODIA

Ant. 1 AM 320 (OCO 414)






Psalmus 117

[Confitémini Dómino, quóniam bonus, *
quóniam in sǽculum misericórdia eius.]
Dicat nunc Israël, **quó**niam **bo**nus, *
quóniam in sǽculum misericór*di*a **e**ius.
Dicat nunc **do**mus **Aa**ron, *
quóniam in sǽculum misericór*di*a **e**ius.
Dicant nunc qui **ti**ment **Dó**minum, *
quóniam in sǽculum misericór*di*a **e**ius.
De tribulatione invo**cá**vi **Dó**minum, *
et exaudívit me edúcens in latitú*di*nem **Dó**minus.
**Dó**minus **me**cum, *
non timébo quid fáciat *mi*hi **ho**mo.
Dóminus mecum ad**iú**tor **me**us, *
et ego despíciam ini*mí*cos **me**os.
Bonum est confúge**re** ad **Dó**minum, *
quam confíde*re* in **hó**mine.
Bonum est confúge**re** ad **Dó**minum, *
quam confídere *in* prin**cí**pibus.
Omnes gentes cir**cuié**runt me, *
et in nómine Dómini ex*cí*di **e**os.
Circumdántes **cir**cumde**dé**runt me, *
et in nómine Dómini ex*cí*di **e**os.
Circumdedérunt me sicut a*pes*, †
et exarsérunt sicut **i**gnis in **spi**nis, *
et in nómine Dómini ex*cí*di **e**os.



Impelléntes impulérunt **me**, ut **cá**derem, *
et Dómi*nus* ad**iú**vit me.
Fortitúdo mea et laus **me**a **Dó**minus, *
et factus est mi*hi* in sa**lú**tem.
Vox iubilatiónis **et** sa**lú**tis *
in tabernácu*lis* ius**tó**rum.
Déxtera Dómini fecit virtú*tem*, †
déxtera Dómini **ex**al**tá**vit me; *
déxtera Dómini fe*cit* vir**tú**tem.
Non mória**r**, sed **vi**vam, *
et narrábo *ó*pera **Dó**mini.
Castígans casti**gá**vit me **Dó**minus, *
et morti non *trá*di**dit** me.
Aperíte mihi **por**tas ius**tí**tiæ, *
ingréssus in eas confi*té*bor **Dó**mino;
hæc **por**ta **Dó**mini, *
iusti intrá*bunt* in **e**am.
Confitébor tibi, quóniam **ex**au**dí**sti me, *
et factus es mihi *in* sa**lú**tem.
Lápidem quem reprobavérunt æ**di**fi**cán**tes, *
hic factus est in *ca*put **án**guli;
a Dómino **fa**ctum est **i**stud, *
et est mirábile in ó*cu*lis **no**stris.
Hæc est dies quam **fe**cit **Dó**minus: *
exsultémus et læté*mur* in **e**a.
O Dómine, **sal**vum **me** fac; *
o Dómine, da pros*pe*ri**tá**tem.
Benedíctus qui venit in **nó**mine **Dó**mini. *
Benedícimus vobis de *do*mo **Dó**mini.
Deus Dóminus et il**lú**xit **no**bis. *
Instrúite sollemnitátem
in ramis condénsis, usque ad córnu*a* al**tá**ris.
Deus meus es tu, et confi**té**bor **ti**bi, *
Deus meus, et *ex*al**tá**bo te.
Confitémini Dómino, **quó**niam **bo**nus, *
quóniam in sǽculum misericór*di*a **e**ius.

Ant. 2 PM 396 (OCO 414)



Hymnum dicámus Dó-mi- noDe- o nostro, alle-lú-ia.



*C.* Benedíctus es, Dómine Deus patrum no**stró-** rum, * et laudábi-



lis et gloriósus et superexaltá*tus* in **sǽ**cu-la. [flex]

Canticum — Dan 3: 52–57

[Benedíctus es, Dómine Deus patrum nostrórum, *
et laudábilis et gloriósus et superexaltátus in sǽcula;]
et benedíctum nomen glóriæ tuæ **san**ctum, *
et laudábile et superexaltátum in óm*ni*bus **sǽ**culis.
Benedíctus es in templo sancto glóriæ **tu**æ, *
et superlaudábilis et supergloriós*us* in **sǽ**cula.
Benedíctus es in throno regni **tu**i, *
et superlaudábilis et superexaltá*tus* in **sǽ**cula.
Benedíctus es, qui intuéris abýs*sos* †
et sedes super **ché**rubim, *
et laudábilis et superexaltá*tus* in **sǽ**cula.
Benedíctus es in firmaménto **cæ**li, *
et laudábilis et glorió*sus* in **sǽ**cula.
Benedícite, ómnia ópera Dómini, **Dó**mino; *
laudáte et superexaltáte e*um* in **sǽ**cula.

Ant. 3 — PM 200 [AM 46] (OCO 414)



In sanctis e- ius laudá-te De- um, al-le- lú- ia. *Ps.* Lau-





dáte Dóminum in sanctu- **á-**ri- o **e-** ius, * laudáte eum in firma-



ménto vir*tú*-tis **e-** ius. [flex]

Psalmus 150

[Laudáte Dóminum in sanctuário eius, *
laudáte eum in firmaménto virtútis eius.]
Laudáte eum in ma**gná**libus **e**ius, *
laudáte eum secúndum multitúdinem magnitú*di*nis **e**ius.
Laudáte eum in **so**no **tu**bæ, *
laudáte eum in psaltéri*o* et **cí**thara,
laudáte eúm in týmpa**no** et **cho**ro, *
laudáte eum in chor*dis* et **ór**gano,
laudáte eum in cýmbalis benesonán*ti*bus, †
laudáte eum in cýmbalis iubi**la**ti**ó**nis: *
omne quod spirat, *lau*det **Dó**mínum.

LECTIO BREVIS

Effúndam super vos aquam mundam, et mundabímini ab ómnibus inquinaméntis vestris, et ab univérsis idólis vestris mundábo vos.† Et dabo vobis cor novum, et spíritum novum ponam in médio vestri, et áuferam cor lapídeum de carne vestra, et dabo vobis cor cárneum: et spíritum meum ponam in médio vestri, et fáciam ut in præcéptis meis ambulétis, et iudícia mea custodiátis et operémini.

RESPONSORIUM BREVE



Confi- té-bimur ti-bi, De- us, * Et invo-cá-bimus no-men



tu- um. ℣. Narrá-bimus mí-ra- bí- li- a tu- a. * Et invo-cá- bí-



mus no-men tu- um. Gló-ri- a. Confi- té-bimur.

*Ant. ad Benedictus de Proprio temporum.*

PRECES

Salvatóri nostro grátias agámus, qui in hunc mundum descéndit ut esset Deus nobíscum. † Eum invocémus clamántes:
*Christe, Rex glóriæ, sis lux et gáudium nostrum.*
Christe Dómine, lux óriens ex alto, primítiæ resurrectiónis futúræ,
— da nos te sequi, ne in umbra mortis sedeámus, sed ut in lúmine vitæ ambulémus.
Bonitátem tuam in ómnibus creatúris diffúsam nobis osténde,
— ut tuam ubíque glóriam contemplémur.
Ne patiáris, Dómine, hódie malo nos vinci,
— sed fac ut in bono nos vincámus malum.
Qui in Iordáne baptizátus, a Sancto Spíritu es inúnctus,
— da nos hódie grátia agi Sancti Spíritus tui.
Pater noster *in tono solemni. Oratio de Proprio temporis.*

## Ad Horam mediam

PSALMODIA

Ant. 1 AG 224 (cf. OCO 414)

VII a 

In lo-co páscu- æ, i-bi Dómi-nus me co- lo-cá-vit,



al-le-lú-ia. *Ps.* Dóminus pascit me, et nihil **mi-** hi **dé-**e-rit: * in





páscuis viréntibus **me** collo-**cá-** vit.

Psalmus 22

[Dóminus pascit me, et nihil mihi déerit: *
in páscuis viréntibus me collocávit,]
super aquas qui**é**tis e**dú**xit me, *
ánimam **me**am re**fé**cit.
Dedúxit me super sémi**tas** ius**tí**tiæ *
propter **no**men **su**um.
Nam et si ambulávero in valle umbræ mortis, non ti**mé**bo **ma**la, *
quóni**am** tu **me**cum es.
Virga tua et **bá**culus **tu**us *
ipsa **me** conso**lá**ta sunt.
Parásti in conspéctu **me**o **men**sam *
advérsus eos qui **trí**bu**lant** me;
impinguásti in óleo **ca**put **me**um, *
et calix **me**us re**dún**dat.
Etenim benignitas et misericórdia **sub**se**quén**tur me *
ómnibus diébus **vi**tæ **me**æ,
et inhabitábo in **do**mo **Dó**mini *
in longitúdi**nem** di**é**rum.

Ant. 2 Poissy MS, fo. 63v, cf. AJ 1: 66 (cf. OCO 414)

VIII b 

In Is- ra- ël magnum nomen e- ius, al-le-lú-ia. *Ps.* No-



tus in Iudǽa **De-** us, * in Israël magnum *no*men **e-** ius.

Psalmus 75 (I)

[Notus in Iudǽa Deus, *

in Israël magnum nomen eius.]
Et est in Salem tabernáculum **e**ius, *
et habitátio e*ius* in **Si**on.
Ibi confrégit coruscatiónes **ar**cus, *
scutum, gládi*um* et **bel**lum.
Illúminans tu, Mirábilis, a móntibus direpti**ó**nis; *
spoliáti sunt po*tén*tes **cor**de.
Dormiérunt somnum **su**um, *
et defecérunt omnes viri fortes má*ni*bus **su**is.
Ab increpatióne tua, Deus **Ia**cob, *
dormitavérunt cur*rus* et **e**qui.

Ant. 3 OHS 46 (cf. OCO 414)




II

[Tu terríbilis es, et quis resístet tibi? *
Ex tunc ira tua.]
De cælo audítum fecísti iu**dí**cium; *
terra trémuit *et* qui**é**vit,
cum exsúrgeret in iudícium **De**us, *
ut salvos fáceret omnes mansu*é*tos **ter**ræ.
Quóniam furor hóminis confitébitur **ti**bi, *
et relíquiæ furóris them festum *a*gent **ti**bi.
Vovéte, et réddite Dómino Deo **ve**stro, *
omnes in circúitu eius áfferant múne*ra* Ter**rí**bili,
ei qui aufert spíritum **prín**cipum, *



terríbili apud *re*ges **ter**ræ.

## Ad Tertiam

LECTIO BREVIS

Iustificáti ex fide, pacem habémus ad Deum per Dóminum nostrum Iesum Christum: per quem et accéssum habémus fide in grátiam istam, in qua stamus et gloriámur in spe glóriæ Dei. † Spes autem non confúndit: quia cáritas Dei diffúsa est in córdibus nostris per Spíritum Sanctum, qui datus est nobis.

℣. Misericórdias Dómini in ætérnum cantábo.
℟. In generatiónem et generatiónem annuntiábo veritátem tuam.

*Oratio, ut in Proprio de Tempore.*

## Ad Sextam

LECTIO BREVIS

Spíritus ádiuvat infirmitátem nostram; † nam quid orémus, sicut opórtet, nescímus: sed ipse Spíritus interpéllat gemítibus inenarrabílibus.

℣. Appropínquet deprecátio mea in conspéctu tuo, Dómine.
℟. Iuxta verbum tuum da mihi intelléctum.

## Ad Nonam

LECTIO BREVIS

Confírmat nos vobíscum in Christum: et unxit nos Deus, † et signávit nos et dedit arrabónem Spíritus in córdibus nostris.

℣. Dóminus illuminátio mea et salus mea.
℟. Dóminus protéctor vitæ meæ.

## Ad II Vesperas

HYMNUS AG 286

VIII


1. O lux, be-á-ta Trí-ni- tas et prin- ci-pá-lis U-ni- tas,



iam sol re- cé-dit íg-ne- us: infún- de lumen cór-di- bus.



2. Te ma- ne laudum cármi- ne, te de- pre-cémur véspe- re;



te nostra supplex gló- ri- a per cun- cta laudet sæ-cu- la.



3.Chri-stum rogámus et Patrem, Christi Patrísque Spí- ri- tum;



unum potens per ómni- a, fove precántes, Tríni- tas. A-men.

PSALMODIA

Ant. 1 AG 65 (cf. OCO 417)

VII b


Dixit Dómi-nus Dómi-no me- o: Se-de a dextris me-





is, al-le-lú-ia. † donec ponam i-ni-**mí**- cos **tu**- os * scabéllum



**pe**dum tu- **ó**- rum. [flex]

Psalmus 109: 1–5, 7

[Dixit Dóminus Dómino meo: *
« Sede a dextris meis,
† donec ponam inimícos **tu**os *
scabéllum **pe**dum tu**ó**rum »,]
Virgam poténtiæ tuæ emíttet **Dó**minus **ex** Sion: *
domináre in médio inimi**có**rum tu**ó**rum.
Tecum principátus in die virtútis tu*æ*, †
in splen**dó**ribus **sanc**tis, *
ex útero matutíni velut **ro**rem **gé**nui te.
Iurávit Dóminus et non pæni**té**bit **e**um: *
« Tu es sacérdos in ætérnum
secúndum órdi**nem** Mel**chí**sedech ».
Dominus a **dex**tris **tu**is, *
conquassábit in die iræ **su**æ **re**ges.
De torrénte in **vi**a **bi**bet, *
proptérea exal**tá**bit **ca**put.

Ant. 2 AJ 1:115 (cf. OCO 414)

Per.


Nos qui ví-vimus, be- ne-dí-ci-mus Dómi-no. *Ps.* Non



nobis, Dómine, non no*bis*, † **sed** nómi-ni tu- *o* da **gló**-ri- am, *




Psalmus 113B

[Non nobis, Dómine, non no*bis*, †
sed nómini tu*o* da **gló**riam, *
**su**per misericórdia tua et veritá*te* **tu**a.]
Quare *di*cent **gen**tes: *
« **Ub**i est Deus *e*órum? »
Deus autem nos*ter* in **cæ**lo, *
**óm**nia quæcúmque vólu*it*, **fe**cit.
Simulácra géntium argén*tum* et **au**rum, *
**ó**pera mánu*um* **hó**minum.
Os habent, et *non* lo**quén**tur, *
**ó**culos habent, et non *vi***dé**bunt.
Aures habent, *et* non **áu**dient, *
**na**res habent, et non o*do***rá**bunt.
Manus habent, et non palpá*bunt*, †
pedes habent, et non *am*bu**lá**bunt; *
**non** clamábunt in gúttu*re* **su**o.
Símiles illis fiant qui fá*ci*unt **e**a, *
**et** omnes qui confídunt *in* **e**is.
Domus Israël sperá*vit* in **Dó**mino, *
adiu**tó**rium eórum et scutum *e***ó**rum est.
Domus Aaron sperá*vit* in **Dó**mino, *
adiu**tó**rium eórum et scutum *e***ó**rum est.
Qui timent Dóminum speravé*runt* in **Dó**mino, *
adiu**tó**rium eórum et scutum *e***ó**rum est.
Dóminus memor *fu*it **nos**tri, *
**et** benedí*cet* **no**bis.
Benedícet dó*mu*i **Is**raël, *
bene**dí**cet dómu*i* **Aa**ron.
Benedícet ómnibus qui *ti*ment **Dó**minum, *
pu**síl**lis cum *mai***ó**ribus.
Adíciat Dó*mi*nus **su**per vos, *
**su**per vos et super fíli*os* **ves**tros.



Benedícti *vos* a **Dó**mino, *
**qui** fecit cælum *et* **ter**ram.
Cæli, cæ*li* sunt **Dó**mino, *
**ter**ram autem dedit fíli*is* **hó**minum.
Non mórtui laudá*bunt* te, **Dó**mine, *
**ne**que omnes qui descéndunt in *si***lén**tium.
Sed nos qui vívimus, benedí*ci*mus **Dó**mino *
**ex** hoc nunc et usque *in* **sǽ**culum.

Ant. 3 AJ 2:647; cf. GM 225 (cf. LH 3:687)







Canticum Ap 19: 1–7




















LECTIO BREVIS

Nos autem debémus grátias ágere Deo semper pro vobis, fratres dilécti a Deo, † quod elégerit vos Deus in fide veritátis: in qua et vocávit vos per Evangélium nostrum, in acquisitiónem glóriæ Dómini nostri Iesu Christi.

RESPONSORIUM BREVE cf. AG 52, 60, 151, 156, 161




*Ad Magnificat, antiphona ut in Proprio de Tempore.*

PRECES

Laus et honor Christo, qui salváre in perpétuum postest accedéntes per semetípsum ad Deum, semper vivens ad interpellándum pro nobis. † Qua fide suffúlti eum implorémus:
*Meménto, pópuli tui, Dómine.*

Iam declinánte die, Sol iustítiæ, te super cunctum genus humánum invocámus,
— ut luce tua, numqaum decidénte, omnes sine fine fruántur.
Custódi testaméntum, quod sánguine divíno sanxísti,
— et sanctífica Ecclésiam tuam, ut sit immaculáta.
Meménto, Dómine, congregatiónis tuæ,
— loci habitatiónis tuæ.
In viam pacis et prosperitátis dírige iter faciéntes,
— ut cum salúte et gáudio ad optáta loca pervéniant.
Anima, Dómine, súscipe defunctórum,
— véniam tuam eis concéde et glóriam sempitérnam.
Pater noster *in tono solemni. Oratio ut in Proprio de Tempore.*



## FERIA II HEBDOMADÆ II

### Ad Invitatorium

Ant. (Ps. t. 6a, p. 1379) AJ 1: 62, cf. Poissy MS, fo. $60^{r}$ (cf. LHR 179)

VI a


Iu-bi-lémus De- o sa- lu- tá- ri nostro. *Ps.* Ve-ní- te



exsultémus Dómi-no.

HYMNUS cf. AG 166

VIII


1. Lu-cis largí-tor spléndi-de, cu- ius se- ré-no lúmi-ne



post lap-sa no-ctis témpo- ra di- es re- fú- sus pándi- tur,

2. Tu verus mundi lúcifer,
non is qui parvi síderis
ventúræ lucis núntius
angústo fulget lúmine,

3. Sed toto sole clárior,
lux ipse totus et dies,
intérna nostri péctoris
illúminans præcórdia.

4. Evincat mentis cástitas
quæ caro cupit árrogans,
sanctúmque puri córporis
delúbrum servet Spíritus.

5. Sit, Christe, rex píssime,
tibi Patríque glória
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sǽcula. Amen.

## Ad Officium lectionum

PSALMODIA

Ant. 1 AG 156 (cf. OCO 414)

VIII b



In tu- a iusti- ti- a li-be-ra me, Domi-ne. *Ps.* In te, Dó-



mine, sperávi, non confúndar in æ**tér**num; * in iustítia tua *lí*-be-



**ra** me. [flex]

Psalmus 30: 1–17, 20–25, I

[In te, Dómine, sperávi, non confúndar in ætérnum; *
in iustítia tua líbera me.]
Inclína ad me aurem **tu**am, *
accélera, ut *é*ru**as** me.
Esto mihi in rupem præ**sí**dii, *
et in domum munítam, ut sal*vum* me **fá**cias.
Quóniam fortitúdo mea et refúgium meum **es** tu, *
et propter nomen tuum dedúces *me* et **pa**sces me.
Edúces me de láqueo quem abscondérunt **mi**hi, *
quóniam tu es forti*tú*do **me**a.
In manus tuas comméndo spíritum **me**um; *
redemísti me, Dómine Deus *ve*ri**tá**tis.
Odísti observántes vanitátes super**vá**cuas, *
ego autem in Dómi*no* spe**rá**vi.
Exsultábo et lætábor in misericórdia **tu**a, *
quóniam respexísti humili*tá*tem **me**am;
agnovísti necessitátes ánimæ me*æ,* †
nec conclusísti me in mánibus ini**mí**ci; *
statuísti in loco spatióso *pe*des **me**os.



Ant. 2 AG 269 (OCO vacat)

II



A timo- re i-ni-mi- ci e- ri-pe, Domi-ne, a-mimam



me- am. *Ps.* Miserére mei, Dómine, quóniam tríbulor; † conturbá-



tus est in mæróre óculus **me-** us, * ánima mea et ven*ter* **me-** us.

II

[Miserére mei, Dómine, quóniam tríbulor; †
conturbátus est in mæróre óculus meus, *
ánima mea et venter meus.]
Quóniam defécit in dolóre vita **me**a, *
et anni mei in *ge***mí**tibus;
infirmáta est in paupertáte virtus **me**a, *
et ossa mea conta*bu***é**runt.
Apud omnes inimícos meos factus sum oppró*bri*um, †
et vicínis meis valde, et timor notis **me**is: *
qui vidébant me foras, fugié*bant* **a** me.
Oblivióni a corde datus sum tamquam **mór**tuus; *
factus sum tamquam *vas* **pér**ditum.
Quóniam audívi vituperatiónem mul**tó**rum: *
horror in *cir***cú**itu;
in eo dum convenírent simul ad**vér**sum me, *
auférre ánimam meam consi*li***á**ti sunt.
Ego autem in te sperávi, Dó*mi*ne; †
dixi: « Deus meus **es** tu, *
in mánibus tuis sor*tes* **me**æ ».
Eripe me de manu inimicórum me**ó**rum *
et a persequén*ti***bus** me;

illústra fáciem tuam super servum **tu**um, *
salvum me fac in misericórdi*a* **tu**a.

Ant. 3 OHS 195 (OCO vacat)



Ha- bi- ta-bit in ta-bernacu-lo tu- o; requi- e- scet in



monte sancto tu- o. *Ps.* Quam magna multitúdo dulcédinis, *tu-* æ,



**Dó**mine, * quam abscondísti *ti*ménti- **bus** te. [flex]

III

[Quam magna multitúdo dulcédinis, tuæ, Dómine, *
quam abscondísti timéntibus te.]
Perfecísti eis qui *spe*rant **in** te, *
in conspéctu fi*li*órum **hó**minum.
Abscóndes eos in abscóndito faci*é*i **tu**æ *
a conturba*ti*óne **hó**minum;
próteges eos in *ta*ber**ná**culo *
a contradicti*ó*ne lin**guá**rum.
Bene*díc*tus **Dó**minus, *
quoniam mirificávit misericórdiam suam
mihi in civi*tá*te mu**ní**ta.
Ego autem dixi in trepidati*ó*ne **me**a: *
« Præcísus sum a conspéctu ocu*ló*rum tu**ó**rum ».
Verúmtamen exaudísti vocem orati*ó*nis **me**æ, *
dum *cla*márem **ad** te.
Dilígite Dóminum, omnes sancti e*ius:* †
fidéles *con*sérvat **Dó**minus, *
et retríbuet abundánter faciéntibus su**pér**biam.
Viríliter ágite, et confortétur cor **ve**strum, *
omnes qui spe*rá*tis in **Dó**mino.



℣. Dírige me, Dómine,,in veritáte tua, et doce me.
℟. Quia tu es Deus salútis meæ.

*Responsoria prolixa ut in Feria II Hebdomadæ I.*

## Ad Laudes matutinas

PSALMODIA

Ant. 1 Processarium 259 (cf. OCO 414)



Si-tí-vit á-nima me- a ad De- um vi-vum: quando vé-



ni- am et appa-ré- bo an-te fá-ci- em Dómi-ni? *Ps.* Quemád-



modum desíderat cervus ad fontes a**quá-**rum, * ita desíderat áni-



ma me- a *ad* te, **De-** us. [flex]

Psalmus 41

[Quemádmodum desíderat cervus ad fontes aquárum, *
ita desíderat ánima mea ad te, Deus.]
Sitívit ánima mea ad Deum, Deum **vi**vum: *
quando véniam et apparébo ante fá*ci*em **De**i?
Fuérunt mihi lácrimæ meæ panis die ac **no**cte, *
dum dícitur mihi cotídie: « Ubi est *De*us **tu**us? »
Hæc recordátus sum et effúdi in me ánimam **me**am; *
quóniam transíbam in locum tabernáculi
admirábilis usque ad *do*mum **De**i,

in voce exsultatiónis et confessi**ó**nis, *
multitúdinis festa *ce*le**brán**tis.
Quare tristis es, ánima **me**a, *
et quare contur*bá*ris **in** me?
Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor **il**li, *
salutáre vultus mei et *De*us **me**us.
In meípso ánima mea contristáta *est;* †
proptérea memor ero **tu**i *
de terra Iordánis et Hermóniim, de *mon*te **Mó**dico.
Abýssus abýssum ínvocat in voce cataractárum tu**á**rum; *
omnes gúrgites tui et fluctus tui super me *tran*si**é**runt.
In die mandávit Dóminus misericórdiam su*am,* †
et nocte cánticum eius apud **me** est: *
orátio ad Deum *vi*tæ **me**æ.
Dicam Deo: « Suscéptor meus *es;* †
quare oblítus es **me**i? *
et quare contristátus incédo, dum afflígit me *i*ni**mí**cus? »
Dum confringúntur ossa me*a,* †
exprobravérunt mihi qui tríbu**lant** me, *
dum dicunt mihi cotídie: « Ubi est *De*us **tu**us? »
Quare tristis es, ánima **me**a, *
et quare contur*bá*ris **in** me?
Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor *il*li, *
salutáre vultus mei et *De*us **me**us.

Ant. 2 AG 266 (cf. OCO 414)

**III b**



Osténde nobis, Dómi- ne, lu- cem mi-se-ra- ti- ó- num



tu- á-rum. *C.* Miserére nostri, Deus ómnium, et **ré-**spi**ce** nos, *



et osténde nobis lucem iniseratiónum *tu-* **á-** rum. [flex]



Canticum Sir 36: 1–5, 10–1

[Miserére nostri, Deus ómnium, et réspice nos, *
et osténde nobis lucem iniseratiónum tuárum,]
et immítte timórem tuum **su**per **gen**tes, *
quæ non exqui*si***é**runt te,
ut cognóscant quia non est **De**us **ni**si tu, *
et enárrent magnáli*a* **tu**a.
Alleva manum tuam super gentes **a**li**é**nas, *
ut vídeant poténti*am* **tu**am.
Sicut enim in conspéctu eórum sanctificátus **es** in **no**bis, *
sic in conspéctu nostro magnificáberis *in* **e**is;
ut cognóscant te, sicut **et** nos co**gnó**vimus, *
quóniam non est Deus præter *te,* **Dó**mine.
Innova signa et immúta **mi**ra**bí**lia. *
Glorífica manum et brácchi*um* **dex**trum.
Cóngrega omnes tribus Ia*cob,* †
ut cognóscant, quia non est **De**us **ni**si tu, *
et enárrent magnáli*a* **tu**a;
et heredi**tá**bis **e**os, *
sicut ab *i***ní**tio.
Miserére plebi tuæ, super quam invocátum est **no**men **tu**um *
et Israël, quem coæquásti primogéni*to* **tu**o.
Miserére civitáti sanctificati**ó**nis **tu**æ, *
Ierúsalem, civitáti requié*i* **tu**æ.
Reple Sion inenarrabílibus **ver**bis **tu**is, *
et glória tua pópu*lum* **tu**um.

Ant. 3 PM 24 (OCO 414)

**I c**



Cæ-li e-nárrant gló- ri- am De- i. *Ps.* et ópera mánuum



eius annúntiat *fir*ma**mén-**tum. Dies diéi e-**rú**ctat **ver**-bum. [flex]

Psalmus 18 A

[Cæli enárrant glóriam Dei, *
† et ópera mánuum eius annúntiat *fir*ma**mén**tum.
Dies diéi e**rúc**tat **ver**bum, *]
et nox nocti índi*cat* sci**ên**tiam.
Non sunt loquélæ **ne**que ser**mó**nes, *
quorum non intelle*gán*tur **vo**ces.
In omnem terram exívit **so**nus e**ó**rum, *
et in fines orbis terræ ver*ba* e**ó**rum.
Soli pósuit tabernáculum in e*is,* †
et ipse tamquam sponsus procédens de **thá**lamo **su**o, *
exsultávit ut gigas ad eur*rén*dam **vi**am.
A fínibus cælórum egréssio e*ius,* †
et occúrsus eius usque ad **fi**nes e**ó**rum, *
nec est quod abscondátur a ca*ló*re **e**ius.

LECTIO BREVIS

Invénti sunt sermónes tui et comédi eos, † et factum est mihi verbum tuum in gáudium et in lætítiam cordis mei: quóniam invocátum est nomen tuum super me, Dómine Deus exercítuum.

RESPONSORIUM BREVE

**IV**

Exsul-tá-te, iusti, in Dómi-no; * Rectos de-cet col- lau


dá- ti- o. ℣. Can- tá- te e- i cánti-cum no-vum. * Rectos de-cet


col- laudá- ti- o. Gló-ri- a. Exsul-tá-te.



Ad Benedictus, ant. (p. 1406) AG 141 (OCO 414 = PM 115!)

**IV a**

Bene-díctus Dóminus De- us Isra- ël, qui- a vi-si- tá- vit


et li-be- rá-vit nos. *C.* Be-ne-díctus Dómi-nus De- us Isra- ël, *


quia visitávit et fecit redemptiónem ple-bis su- æ.

PRECES

Salvátor noster fecti nos regnum et sacerdótium, ut hóstias Deo acceptábiles offerámus. † Grati ígitur eum invocémus:
*Serva nos in tuo ministério, Dómine.*
Christe, sacérdos ætérne, qui sanctum populo tuo sacerdótium concessísti,
— concéde, ut spiritáles hóstias Deo acceptábilies iúgiter offerámus.
Spíritus tui fructus nobis largíre propítius,
— patiéntiam, benignitátem et mansuetúdinem.
Da nobis te amáre, ut te, qui es cáritas, possideámus,
— et bene ágere, ut per vitam étiam nostram te laudémus.
Quæ frátribus nostris sunt utília, nos quærere concéde,
— ut salútem facílius consequántur.
Pater noster *in tono simplici. Oratio de Proprio temporis, vel de Liturgia Horarum.*

## Ad Horam mediam

PSALMODIA

Ant. 1 PM 265 (OCO 414)

**VII a**

Tu mandá-sti, Dó-mi- ne, mandá- ta tu- a cu-sto-dí-



ri mi-nis. *Ps.* Et véniat super me misericórdia **tu-** a, **Dó**mine, *



salutáre tuum secúndum e-**ló**qui- um **tu-** um.

Psalmus 118: 41–48 (Vau)

[Et véniat super me misericórdia tua, Dómine, *
salutáre tuum secúndum elóquium tuum.]
Et respondébo exprobrántibus **mi**hi **ver**bum, *
quia sperávi in ser**mó**nibus **tu**is.
Et ne áuferas de ore meo verbum veritátis **us**que**quá**que, *
quia in iudíciis tuis **su**persper**á**vi.
Et custódiam legem **tu**am **sem**per, *
in sǽculum et in **sǽ**culum **sǽ**culi.
Et ambulábo **in** lati**tú**dine, *
quia mandáta tua **ex**qui**sí**vi.
Et loquar de testimóniis tuis in con**spé**ctu **re**gum, *
et **non** con**fún**dar.
Et delectábor in præ**cé**ptis **tu**is, *
**quæ** di**lé**xi.
Et levábo manus meas ad præcépta tua, **quæ** di**lé**xi; *
et exercébor in iustificati**ó**nibus **tu**is.

Ant. 2 AG 965 (cf. OCO 414)

**VIII a**



Respe-xit me, et exau-di-vit depre-ca-ti- onem



me- am Domi- nus. *Ps.* Exspéctans exspectávi **Dó**minum, * et





in*tén*dit **mi-** hi. [flex]

Psalmus 39: 2–14, 17–18 (I)

[Exspéctans exspectávi Dóminum, *
et inténdit mihi.]
Et exaudívit clamórem **me**um, *
et edúxit me de lacu misériæ et de *lu*to **fæ**cis;
et státuit super petram pedes **me**os, *
et firmávit *gres*sus **me**os.
Et immísit in os meun' cánticum **no**vum, *
carmen *De*o **no**stro.
Vidébunt multi et ti**mé**bunt, *
et sperá*bunt* in **Dó**mino.
Beátus vir qui pósuit Dóminum spem **su**am, *
et non respéxit supérbos et declinántes *in* men**dá**cium.
Multa fecísti tu, Dómine Deus meus, mirabília tu*a,* †
et cogitatiónes tuas pro **no**bis; *
non est qui sími*lis* sit **ti**bi.
Si nuntiáre et éloqui vo**lú**ero, *
multiplicabúntur *su*per **nú**merum.
Sacrifícium et oblatiónem nolu**í**sti, *
aures autem fo*dí*sti **mi**hi.
Holocáustum et pro peccáto non postu**lá**sti, *
tunc dixi: « *Ec*ce **vé**nio.
In volúmine libri scriptum est **de** me *
fácere volun*tá*tem **tu**am.
Deus meus, **vó**lui, *
et lex tua in præcór*di*is **me**is ».

Ant. 3 Poissy MS fo. 15v, cf. AJ 1: *130 (cf. OCO 414)

**II**



Complá- ce- at ti- bi, Domi-ne, ut e- rí- pi- as me ad



adiu- vándum me réspi-ce. *Ps.* Annuntiávi iustítiam tuam in



ecclésia **ma**gna; * ecce lábia mea non prohibébo, Dómine, *tu*



**sci-** sti. [flex]

II

[Annuntiávi iustítiam tuam in ecclésia magna; *
ecce lábia mea non prohibébo, Dómine, tu scisti.]
Iustítiam tuam non abscóndi in corde **me**o, *
veritátem tuam et salutáre tu*um* **di**xi.
Non abscóndi misericórdiam **tu**am *
ét veritátem tuam ab ecclési*a* **ma**gna.
Tu autem, Dómine, ne prohíbeas miseratiónes tuas **a** me; *
misericórdia tua et véritas tua semper suscí*pi***ant** me.
Quóniam circumdedérunt me mala, quorum non est nú*me*rus, †
comprehendérunt me iniquitátes **me**æ, *
et non pótui *vi***dé**re.
Multiplicátæ sunt super capillos cápitis **me**i, *
et cor meum de*re***lí**quit me.
Compláceat tibi, Dómine, ut éru**as** me; *
Dómine, ad adiuvándum me *fe***stí**na.
Exsúltent et læténtur in te omnes quæ**rén**tes te, *
et dicant semper: « Magnificétur Dóminus »
qui díligunt salutá*re* **tu**um.
Ego autem egénus et **pau**per sum; *
Dóminus sollícitus *est* **me**i.
Adiútor meus et liberátor meus **tu** es; *
Deus meus, ne *tar***dá**veris.



## Ad Tertiam

LECTIO BREVIS

Hoc erit pactum, quod fériam cum domo Israël post dies illos, dicit Dóminus: † Dabo legem meam in viscéribus eórum et in corde eórum scribam eam: et ero eis in Deum, et ipsi erunt mihi in pópulum.

℣. Cor mundum crea in me Deus.
℟. Ne proícias me a fácie tua.

*Orationes ut ad Hebdomadæ I Horas medias.*

## Ad Sextam

LECTIO BREVIS

Fériam eis pactum sempitérnum † et non désinam eis benefácere et timórem meum dabo in corde eórum: ut non recédant a me.

℣. In Deo salutáre meum et glória mea.
℟. Et refúgium meum in illo.

## Ad Nonam

LECTIO BREVIS

Vos grex meus, † grex páscuæ meæ vos: et ego Dóminus Deus vester, dicit Dóminus Deus.

℣. Dóminus regit me et nihil mihi déerit.
℟. In loco páscuæ ibi me collocávit.

## Ad Vesperas

HYMNUS cf. AG 140

IV



1. Lúmi-nis fons, lux et o-rí- go lu-cis, tu pi- us nostris pré-




2. Ecce transáctus labor est diéi,
teque nos tuti sumus adnuénte;
en tibi grates ágimus libéntes
tempus in omne.

3. Solis abscéssus ténebras redúxit:
ille sol nobis rádiet coruscus
luce qui fulva fovet angelórum
ágmina sancta.

4. Quas dies culpas hodiérna texit,
Christus deléto pius atque mitis,
pectus et puro rútilet nitóre
témpore noctis.

5. Laus tibi Patri, decus atque Nato,
Flámini Sancto párilis potéstas,
cuncta qui sceptro régitis suprémo
omne per ævum. Amen

Psalmodia

Ant. 1 AJ 1: 62 (cf. OCO 415)




Psalmus 44

[Eructávit cor meum verbum bo*num*, †
dico ego ópera **me**a **re**gi. *
Lingua mea cálamus scribæ velóci*ter* scri**bén**tis.]



Speciósus forma es præ fíliis hó*mi*num, †
diffúsa est grátia in **lá**biis **tu**is, *
proptérea benedíxit te Deus **in** æ**tér**num.
Accíngere gládio tuo super femur tuum, **po**ten**tís**sime; *
splendóre tuo et ornátu tuo prósper*e* pro**cé**de;
currum ascénde propter veritátem et mansuetúdinem **et**
ius**tí**tiam. *
Et sagittábit pro te mirabíliter déx*te*ra **tu**a:
sagíttæ tuæ acú*tæ* †
—Pópuli **sub** te **ca**dent— *
in corda inimi*có*rum **re**gis.
Sedes tua, Deus, in **sǽ**culum **sǽ**culi; *
sceptrum æquitátis sceptrum *re*gni **tu**i.
Dilexisti lustítiam et odísti iniquitá*tem*, †
proptérea unxit te Deus, **De**us **tu**us, *
óleo lætitiæ præ consór*ti*bus **tu**is.
Myrrha et áloe et cásia ómnia vesti**mén**ta **tu**a, *
e dómibus ebúrneis chordæ de*lec*ta**vé**runt te.
Fíliæ regum inter hono**rá**tas **tu**as; *
ástitit regína a dextris tuis ornáta au*ro* ex **O**phir

Ant. 2 PM 105 (OCO 415)



II

[Audi, filia, et vide, †
et inclína aurém tuam, *
et oblivíscere pópulum tuum et domum patris tui;]
et concupíscet rex spéciem tuam, *
quóniam ipse est dóminus tuus, et adóra eum.
Fíliæ Tyri cum munéribus; *
vultum tuum deprecabúntur dívites plebis.
Gloriósa nimis fília regis intrínsecus, *
textúris áureis circumamícta.
In véstibus variegátis adducétur regi; *
vírgines post cam, próximæ eius, afferúntur tibi.
Afferúntur in lætítia et exsultatióne, *
adducúntur in domum regis.
Pro pátribus tuis erunt tibi fílii; *
constítues eos príncipes super omnem terram.
Mernor ero nóminis tui *
in omni generatióne et generatióne;
proptérea pópuli confitebúntur tibi *
in ætérnum et in sæculum sæculi.

Ant. 3 AG 854 (cf. OCO 411)

**VIII a**



Be- á-ti qui lavant sto-las su-as in Sángui-ne Agni.



*C.* Benedíctus Deus et Pater Dómini nostri Iesu **Chri**- sti, * qui



benedíxit nos in omni benedictióne spirituáli in cæléstí-*bus* in





**Chri-** sto. [flex]

Canticum Eph 1: 3–10

[Benedíctus Deus et Pater Dómini nostri Iesu **Chri**sti, *
qui benedíxit nos in omni benedictióne spiritáli
in cæléstí*bus* in **Chri**sto;]
sicut elégit nos in ipso ante mundi constitutió*nem*, †
ut essémus sancti et immacu**lá**ti *
in conspéctu eius in *ca*ri**tá**te,
qui prædestinávit nos in adoptiónem filió*rum* †
per Iesum Christum in **ip**sum, *
secúndum propósitum volun*tá*tis **su**æ,
in laudem glóriæ grátiæ **su**æ, *
in qua gratificávit nos in diléсto Fí*li*o **su**o,
in quo habémus redemptiónem per sánguinem **e**ius, *
remissiónem *pec*ca**tó**rum.
Secúndum divítias grátiæ e*ius*, †
quæ superabundávit in **no**bis *
in omni sapientia *et* pru**dén**tia;
ut notum fáceret nobis sacraméntum voluntátis **su**æ, *
secúndum benepla*cí*tum **e**ius,
quod propósuit in **e**o, *
in dispensatióne plenitú*di*nis **tém**porum,
instauráre ómnia in **Chri**sto, *
quæ in cælis et *quæ* in **ter**ra sunt.

LECTIO BREVIS

Grátias ágimus Deo sine intermissióne, † quóniam cum acceptissétis a nobis verbum audítus Dei, accepístis illud non ut verbum hóminum: sed, sicut est vere, verbum Dei, qui operátur in vobis qui credidístis.

RESPONSORIUM BREVE — cf. AG 52, 60, 151, 156,161



℟. Di-ri-gá-tur, Dómi-ne, * Ad te o- rá- ti- o me- a.



℣. Sicut incénsum in conspéctu tu- o. * Ad te o-rá- ti- o



me- a. Gló-ri- a . Di-ri-gá-tur

Ad Magnificat (p. 1425), ant. — PM 316 (OCO 415)156,161



Magní- fi-cet te semper á-nima me- a, De- us me- us.



*C.* Magní-fi-cat * á-nima me- a Dómi-num.

PRECES

Laudémus Christum, qui díligit Ecclésiam eámque nutrit et fovet. †
Eum fidénter rogámus clamántes:
*Adímple vota pópuli tui, Dómine.*
Dómine Iesu, fac ut omnes hómines salvi fiant,
— et ad agnitiónem véniant veritátis.
Custódi Papam nostrum *N.* et Epíscopum *N.*;
— adiutórium illis tuæ virtútis impénde.
Cónsule iis, qui iustum sibi opus exóptant,
— ut vitam læti tránsigant et secúri.
Fias, Dómine, refúgium páuperi,
— sis ei adiútor in tribulatióne.



Tibi commendámus quos, dum víverent, sacro ministério decorásti;
— in cælésti sede te célebrent sine fine.
Pater noster *in tono simplice. Oratio Dominicæ de Proprio Tempore vel de Liturgia Horarum.*

# FERIA III HEBDOMADÆ II

## Ad Invitatorium

Ant. (Ps. t. 6a, p. 1379) cf. AJ 1: 60* (cf. LHR 179)




Re-gem magnum Dó-minum, vení- te ad- ó-remus. Ps. Ve-



ni- te.

HYMNUS cf. AG 166




1. Æ-térne lu-cis cóndi- tor, lux ipse to-tus et di- es,



no-ctem nec ul- lam sén-ti- ens na- tú- ra lu- cis pérpe- ti,

2. Iam cedit pallens próximo
diéi nox advéntui,
obtúndens lumen síderum
adest et clarus lúcifer.

3. Iam stratis læti súrgimus
grates canéntes et tuas
quod cæcam noctem vícerit
revéctans rursus sol diem.

4. Te nunc, ne carnis gáudia
blandis subrépant æstibus,
dolis ne cedat sæculi
mens nostra sancte, quæsumus.

5. Ira ne rixas próvocet,
gulam ne venter íncitet,
opum pervértat ne famis,
turpis ne luxus óccupet,

6. Sed firma mente sóbrii,
casto manéntes córpore
totum fidéli spíritu
Christo ducámus hunc diem.

7. Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sæculum. Amen.



## Ad Officium lectionum

PSALMODIA

Ant. 1 Poissy MS, fo. 58r, cf. AJ 1: 61 (cf. OCO 415)




Re-vé- la Dómi- no vi- am tu- am. *Ps.* Noli æmulári **in**



ma-li**gná**ntibus, * neque zeláveris faciéntes i*ni*qui-**tá-** tem. [flex]

Psalmus 36, I

[Noli æmulári in malignántibus, *
neque zeláveris faciéntes iniquitátem.]
Quóniam tamquam fenum velóci**ter** a**ré**scent, *
et quemádmodum herba *vi*rens **dé**cident.
Spera in Dómino et **fac** boni**tá**tem, *
et inhabitábis terram et pascé*ris* in **fi**de.
Delec**tá**re in **Dó**mino, *
et dabit tibi petitiónes *cor*dis **tu**i.
Commítte Dómino viam tuam et **spe**ra in **e**o, *
et *i*pse **fá**ciet;
et edúcet quasi lumen ius**tí**tiam **tu**am, *
et iudícium tuum tam*quam* me**rí**diem.
Quiésce in Dómino et exspécta e*um;* †
noli æmulári in eo qui prosperátur in **vi**a **su**a, *
in hómine qui molí*tur* in**sí**dias.
Désine ab ira et dere**lín**que fu**ró**rem, *
noli æmulári, quod ver*tit* ad **ma**lum.
Quóniam qui malignántur ex**ter**mina**bún**tur, *
sustinéntes autem Dóminum ipsi heredi*tá*bunt **ter**ram.
Et adhuc pusíllum et non **e**rit pec**cá**tor, *
et quæres locum eius et *non* in**vé**nies.
Mansuéti autem heredi**tá**bunt **ter**ram, *
et delectabúntur in multitú*di*ne **pa**cis.

Ant. 2 AN 29 (OCO vacat)

**IV b**



Brácchi- a pecca-tó-rum conte- réntur, confírmat autem



iu-stos Dómi-nus. *Ps.* Insidiábitur pec*cá*tor **iu-**sto, * et stridébit



super eum *dén*tibus **su-** is. [flex]

II

[Insidiábitur peccátor iusto, *
    et stridébit super eum déntibus suis.]
Dóminus autem irri*dé*bit **e**um, *
    quóniam próspicit quod véni*et* dies **e**ius.
Gládium evaginavérunt *pec*ca**tó**res, *
    intendé*runt* arcum **su**um,
ut deíciant páupe*rem* et **ín**opem, *
    ut trucídent recte ambu*lán*tes in **vi**a.
Gládius eórum intret in cor*da* i**psó**rum, *
    et arcus eó*rum* confrin**gá**tur.
Mélius est mó*di*cum **iu**sto *
    super divítias pec*ca*tórum **mul**tas;
quóniam brácchia peccatórum *con*te**rén**tur, *
    confírmat au*tem* iustos **Dó**minus.
Novit Dóminus dies immac*u*la**tó**rum, *
    et heréditas eórum in *æ*térnum **e**rit.
Non confundéntur in tém*po*re **ma**lo, *
    et in diébus famis *sa*tura**bún**tur.
Quia peccatóres perí*bunt,* †
    inimíci vero Dómini ut decor campó*rum* de**fí**cient, *
    quemádmodum *fu*mus de**fí**cient.
Mutuátur peccátor *et* non **sol**vet, *
    iustus autem mise*ré*tur et **trí**buet



Quia benedícti eius heredi*tá*bunt **ter**ram, *
    maledícti autem eius ex*ter*mina**bún**tur.
A Dómino gressus hómi*nis* confir**man**tur, *
    et vi*am* eius **vo**let.
Cum cecíderit non *col*li**dé**tur, *
    quia Dóminus sustén*tat* manum **e**ius.
Iúnior fui, et sé*nu*i, †
    et non vidi iustum *de*re**líc**tum, *
    nec semen e*ius* quærens **pa**nem.
Tota die miseré*tur* et **cóm**modat, *
    et semen illíus in benedic*ti*óne **e**rit.
Declína a malo *et* fac **bo**num, *
    et inhabitábis in *sǽ*culum **sǽ**culi.
Quia Dóminus a*mat* iu**dí**cium, *
    et non derelín*quet* sanctos **su**os.
Iniústi in ætérnum *di*spe**rí**bunt, *
    et semen impiórum *ex*termi**ná**bitur.
Iusti autem heredi*tá*bunt **ter**ram, *
    et inhabitábunt in sǽculum sǽcu*li* super **e**am.

Ant. 3 AN 30 (OCO vacat)

**VIII a**



Custó-di inno-cénti- am, et vi- de æ-qui- ta- tem. *Ps.* Os



iusti meditábitur sapi- **én**ti- am, * et lingua eius loqué*tur* iu**dí**ci-



um. [flex]

III

[Os iusti meditábitur sapiéntiam, *
    et lingua eius loquétur iudícium;]
lex Dei eius in corde ip**sí**us, *
    et non vacillábunt *gres*sus **e**ius.

Considerat peccátor **iu**stum, *
 et quærit mortifi*cá*re **e**um;
Dóminus autem non derelínquet eum in mánibus **e**ius, *
 nec damnábit eum, cum iudicá*bi*tur **il**li.
Exspécta Dóminum et custódi viam e*ius,* †
 et exaltábit te ut hereditáte cápias **ter**ram; *
 cum exterminabúntur peccató*res*, vi**dé**bis.
Vidi ímpium superexal**tá**tum, *
 et clevátum sicut ce*drum* vi**rén**tem;
et transívi, et ecce non **e**rat, *
 et quæsívi eum, et non *est* in**vén**tus.
Obsérva innocéntem, et vide **rec**tum, *
 quóniam est postéritas hómi*ni* pa**cí**fico.
Iniústi autem disperíbunt **si**mul, *
 postéritas impiórum ex*ter*mi**ná**bitur.
Salus autem iustórum a **Dó**mino, *
 et protéctor eórum in témpore tribu*la*ti**ó**nis.
Et adiuvábit eos Dóminus et liberábit e*os,* †
 et éruet eos a peccatóribus et salvábit **e**os, *
 quia speravé*runt* in **e**o.

℣. Bonitátem et prudéntiam et sciéntiam doce me.
℟. Quia præcéptis tuis crédidi.

*Responsoria prolixa ut in Feria III Hebdomadæ I.*

## Ad Laudes matutinas

PSALMODIA

Ant. 1 AG 172 (cf. OCO 415)

VI


Sa-lu-tá-re vultus me- i, De- us me- us. *Ps.* Iú-dica me,



De- us, † et discérne causam meam de **gen**te non **san**cta; * ab hó-





mine iníquo et dolóso *é*-ru- **e** me.

Psalmus 42

[Iúdica me, Deus, †
 et discérne causam meam de gente non sancta; *
 ab hómine iníquo et dolóso érue me.]
Quia tu es Deus refúgii me*i;* †
 quare **me** reppu**lí**sti, *
 et quare tristis incédo, dum afflígit me *i*ni**mí**cus?
Emítte lucem tuam et veri**tá**tem **tu**am; *
 ipsa me dedúcant et addúcant
  in montem sanctum tuum et in taberná*cu*la **tu**a.
Et introíbo ad altáre De*i,* †
 ad Deum lætítiæ exsultati**ó**nis **me**æ. *
 Confitébor tibi in cíthara, Deus, *De*us **me**us.
Quare tristis es, **á**nima **me**a, *
 et quare contur*bá*ris **in** me?
Spera in Deo, quóniam adhuc confi**té**bor **il**li, *
 salutáre vultus mei et *De*us **me**us.

Ant. 2 AJ 1: 63, cf. Poissy MS, fo. 61r (cf. OCO 415)

III b


Cunctis di- é-bus vi- tæ nostræ salvos nos fac, Dómi-ne.



C. Ego dixi: In dimídio di- **é**rum me- **ó**- rum * vadam ad por*tas*



**ín**fe-ri. [flex]

Canticum Is 38:10–14, 17–20

[Ego dixi: « In dimídio diérum meórum *
vadam ad portas ínferi; »]
quæsívi resíduum ann**o**rum me**ó**rum. *
Dixi: « Non vidébo Dóminum Deum in terra *vi***vén**tium,
non aspíciam **hó**minem **ul**tra *
et habitatórem *qui***é**tis ».
Generátio mea abláta est et convo**lú**ta est **a** me *
quasi tabernáculum *pa***stó**rum;
præcísa est velut a texénte vita me*a:* †
dum adhuc or**dí**rer, suc**cí**dit me. *
De mane usque ad vésperam fí*ni***es** me.
Sperábam usque ad ma*ne,* †
quasi leo sic contrívit ómnia **os**sa **me**a; *
de mane usque ad vésperam fí*ni***es** me.
Sicut pullus hirúndinis **sic** cla**má**bo, *
meditábor ut *co***lúm**ba;
attenuáti sunt **ó**culi **me**i, *
suspiciéntes in *ex***cél**sum.
Tu autem eruísti ánimam meam ut **non** pe**rí**ret; *
proiecísti post tergum tuum ómnia peccá*ta* **me**a.
Quia non inférnus confitébitur ti*bi,* †
neque **mors** lau**dá**bit te, *
non exspectábunt, qui descéndunt in lacum,
veritá*tem* **tu**am.
Vivens, vivens ipse confitébitur tibi, sicut et **e**go **hó**die; *
pater fíliis notam fáciet veritá*tem* **tu**am.
Dómine, salvum me *fac,* †
et psalmos nostros cantábimus cunctis diébus **vi**tæ **no**stræ *
in do*mo* **Dó**mini.

Ant. 3 AG 194 (cf. OCO 415)

**VIII b**



Te de- cet hymnus, De- us, in Si- on. Ps. et tibi reddétur





votum *in* Ie**rú**sa-lem. Qui audis orati- **ó-** nem. [flex]

Psalmus 64

[Te decet hymnus, Deus, in Sion; *
† et tibi reddétur votum in Ierúsalem.
Qui audis orati**ó**nem, *]
ad te omnis caro véniet propter i*ni*qui**tá**tem.
Etsi prævaluérunt super nos impietátes **no**stræ, *
tu propitiá*be*ris **e**is.
Beátus quem elegísti et assump**sí**sti, *
inhabitábit in á*tri*is **tu**is.
Replébimur bonis **do**mus **tu**æ, *
sanctitáte *tem*pli **tu**i.
Mirabíliter in æquitáte exáudies nos, Deus sa*lú*tis **no**stræ, *
spes ómnium fínium terræ et ma*ris* lon**gín**qui.
Firmans montes in virtúte **tu**a, *
accín*ctus* po**tén**tia.
Compéscens sónitum maris, sónitum flúctuum **e**ius *
et tumúltum *po*pu**ló**rum.
Et timébunt qui hábitant términos terræ a signis **tu**is; *
éxitus oriéntis et occidéntis *de*lec**tá**bis.
Visitásti terram, et inebriásti **e**am; *
multiplicásti locuple*tá*re **e**am.
Flumen Dei replétum est a*quis;* †
parásti fruménta il**ló**rum, *
quóniam ita pa*rá*sti **e**am.
Sulcos eius írrigans, glebas eius complánans; *
ímbribus emóllis eam, benedícis gér*mi*ni **e**ius.
Coronásti annum benignitáte **tu**a, *
et vestígia tua stillá*bunt* pin**gué**dinem.
Stillábunt páscua de**sér**ti, *
et exsultatióne colles *ac*cin**gén**tur.
Indúta sunt óvibus pra*ta,* †
et valles abundábunt fru**mén**to; *
clamábunt, étenim *hym*num **di**cent.

LECTIO BREVIS

Vos, fratres, non estis in ténebris, † ut vos dies Domini tamquam fur comprehéndat, omnes enim vos fílii lucis et fílii diéi: non sumus noctis neque tenebrárum.

RESPONSORIUM BREVE



Vo-cem me- am audi, Dómi-ne; * In verba tu- a su-per-



spe-rá-vi. ℣. Prævéni di-lú-culo et clamávi. * In. Gló-ri-a. Vocem.

Ad Benedictus, ant. (p. 1394) AG 197 (cf. OCO 415)



De ma-nu ómni- um qui o-dé-runt nos, li-be- rá-vit



nos, Dómi-ne. *C.* Be-ne-díctus Dómi-nus De- us Is-ra- ël, * qui-



a visitávit et fecit redemptiónem ple-bis su- æ.

PRECES

Salvatóri nostro benedicámus, qui sua resurrectióne mundum clarificávit, † et humíliter invocémus eum dicéntes:
*Serva nos, Dómine, in sémita tua.*
Resurrectiónem tuam, Dómine Iesu, oratióne cólimus matutína,
— spes glóriæ tuæ diem nostri illúminet.
Súscipe, Dómine, vota et propósita nostra,



— tamquam diéi nostri primítias.
Tríbue in dilectióne tua nos hodie profícere,
— ut ómnia in nostrum omniúmque bonum cooperéntur.
Da, Dómine, sic lucére lucem nostram coram homínibus,
— ut vídeant ópera nostra bona et Patrem gloríficent.
Pater noster *in tono simplici. Oratio de Proprio temporis, vel de Liturgia Horarum.*

## Ad Horam mediam

PSALMODIA

Ant. 1 AG 228 (cf. OCO 415)



Memor esto congre-ga-ti- ó-nis tu-æ, Dómi-ne, quem pos-



se-dí-sti ab i-ní- ti- o. *Ps.* Memor esto verbi tui servo **tu-** o, *



in quo mihi **spem** de-**dí-** sti.

Psalmus 118: 49–56 (Zain)

[Memor esto verbi tui servo tuo, *
in quo mihi spem dedísti.]
Hoc me consolátum est in humiliatióne **me**a, *
quia elóquium tuum vi**vificá**vit me.
Supérbi derisérunt me vehe**mén**ter; *
a lege autem tua **non** decli**ná**vi.
Memor fui iudiciórura tuórum a sæculo, **Dó**mine, *
et **con**so**lá**tus sum.
Indignátio ténu**it** me *
propter peccatóres derelinquéntes **le**gem **tu**am.
Cántica factæ sunt mihi iustificatiónes **tu**æ *
in loco peregrinati**ó**nis **me**æ.

Memor fui nocte nórninis tui, **Dó**mine, *
    et custódiam **le**gem **tu**am.
Hoc factum est **mi**hi, *
    quia mandáta **tu**a ser**vá**vi.

Ant. 2 PM 127 (OCO 415)



A- vér-tit Dómi-nus capti-vi- tá- tem ple- bis su- æ.



*Ps.* Dixit insípiens in corde suo: Non est De- us. † Corrúpti sunt,



et abominatiónes ope-**rá-**ti sunt; * non est qui fá-*ci-* at **bo-** num.

Psalmus 52

[Dixit insípiens in corde suo: « Non est Deus ». †
    Corrúpti sunt, et abominatiónes operáti sunt; *
    non est qui fáciat bonum.]
Deus de cælo prospéxit super fílios **hó**minum, *
    ut vídeat si est intéllegens aut re*quí*rens **De**um.
Omnes declinavérunt, simul corrúpti **fa**cti sunt; *
    non est qui fáciat bonum, non est us*que* ad **u**num.
Nonne scient omnes qui operántur iniqui**tá**tem, *
    qui dévorant plebem meam ut *ci*bum **pa**nis?
Deum non invoca**vé**runt; *
    illic trepidavérunt timóre, et non *e*rat **ti**mor.
Quóniam Deus dissipávit ossa eórum qui te obsi**dé**bant, *
    confúsi sunt, quóniam Deus *spre*vit **e**os.
Quis dabit ex Sion salutáre Is*ra*ël? †
    Cum convérterit Deus captivitátem plebis **su**æ, *
    exsultábit Iacob et lætá*bi*tur **Is**raël.

Ant. 3 AG 204 (cf. OCO 415)





De- us ádiu-vat me, et Dómi-nus suscéptor est á-ni-



mæ me- æ. *Ps.* De- us, in nómine tuo salvum **me** fac, * et in vir-



túte tua *iú*-di-**ca** me. [flex]

Psalmus 53: 1–6, 8–9

[Deus, in nómine tuo salvum me fac, *
    et in virtúte tua iúdica me.]
Deus, exáudi oratiónem **me**am, *
    áuribus pércipe verba *o*ris **me**i.
Quóniam supérbi insurrexérunt advérsum *me*, †
    et fortes quæsiérunt, ánimam **me**am, *
    et non proposuérunt Deum ante con*spé*ctum **su**um.
Ecce enim Deus ádiu**vat** me, *
    et Dóminus suscéptor est á*ni*mæ **me**æ.
Voluntárie sacrificábo **ti**bi, *
    confitébor nómini tuo, Dómine, quó*ni*am **bo**num est;
quóniam ex omni tribulatióne erípu**it** me, *
    et super inimícos meos despéxit ó*cu*lus **me**us.

## Ad Tertiam

LECTIO BREVIS

Divisiónes gratiárum sunt, idem autem Spíritus; † et divisiónes ministratiónum sunt, idem autem Dóminus: et divisiónes operatiónum sunt, idem vero Deus, qui operátur ómnia in ómnibus.

℣. Prope timéntes Deum salutáre ipsíus.
℟. Ut inhábitet glória in terra nostra.

*Orationes ut ad Hebdomadæ I Horas medias.*

## Ad Sextam

LECTIO BREVIS

Sicut corpus unum est et membra habet multa: ómnia autem membra córporis, cum sint multa, unum corpus sunt, ita et Christus; † étenim in uno Spíritu omnes nos in unum corpus baptizáti sumus sive Iudæi sive Græci: sive servi sive líberi, et omnes unum Spíritum potáti sumus.

℣. Pater sancte, serva nos in nómine tuo.
℟. Ut simus consummáti in unum.

## Ad Nonam

LECTIO BREVIS

Deus temperávit corpus, ut non sit schisma in córpore, sed idípsum pro ínvicem sollícita sint membra. † Et sive pátitur unum membrum, compatiúntur ómnia membra: sive glorificátur unum membrum, congáudent ómnia membra.

℣. Dómine Deus noster, cóngrega nos de natiónibus.
℟. Ut confiteámur nómini sancto tuo.

## Ad Vesperas

HYMNUS cf. AG 166




1. Sator princépsque témporum, clarum di-em la-bó- ri-bus



noctémque qui so-pó-ri-bus fi- xo di-stínguis ór- di-ne,



2. Mentem tu castam dírige,
obscúra ne siléntia
ad dira cordis vúlnera
telis patéscant ínvidi.

3. Vacent ardóre péctora,
faces nec ullas pérferant,
quæ nostr*o* hæréntes sénsui
mentis vigórem sáucient.

4. Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sæculum. Amen.

PSALMODIA

Ant. 1 Poissy Ant., fo. 60v; cf. AJ 1:62 (cf. OCO 415)




Au-ri-bus percí-pi-te, qui ha-bi- tá- tis orbem. *Ps.* Au-



dí-te hæc, omnes **gen-**tes, * áuribus percípite, omnes qui habi-*tá*-



tis **or-**bem. [flex]

Psalmus 49 (I)

[Audíte hæc, omnes **gen**tes, *
áuribus percípite, omnes qui habi*tá*tis **or**bem.]
Quique húmiles et viri **nó**biles, *
simul in unum di*ves* et **pau**per.
Os meum loquétur sapi**én**tiam, *
et meditátio cordis me*i* pru**dén**tiam.
Inclinábo in parábolam aurem **me**am, *
apériam in psaltério æ*nig*ma **me**um.
Cur timébo in diébus **ma**lis, *
cum iníquitas supplantántium cir*cúm*da**bit** me?
Qui confídunt in virtúte **su**a, *

et in multitúdine divitiárum suárum *glo*ri**án**tur.
Etenim seípsum non rédirnet **ho**mo; *
non dabit Deo propitiati*ó*nem **su**am.
Nímium est prétium redemptiónis ánimæ e*ius*: †
ad últimum de**fi**ciet, *
ut vivat usque in finem, nec víde*at* in**té**ritum.
Et vidébit sapiéntes morién*tes;* †
simul insípiens et stultus pe**rí**bunt, *
et relínquent aliénis divíti*as* **su**as.
Sepúlcra eórum domus illórum in ætér*num*; †
tabernácula eórum in progéniem et pro**gé**niem, *
etsi vocavérunt nominibus suis *ter*ras **su**as.
Et homo, cum sit in honóre, non permané*bit*; †
comparátus est iuméntis quæ **pé**reunt, *
et símilis fac*tus* est **il**lis.

Ant. 2 AG 411 (cf. OCO 415)




II

[Hæc via illórum quorum fidúcia in *se*me**tí**psis, *
et finis eórum qui cómplacent *in* ore **su**o.]
Sicut oves in inférno *pó*si**ti** sunt, *



mors *de*páscet **e**os;
descéndent præcípites ad sepúl*crum*, †
et figúra eórum erit in con*sump*ti**ó**nem: *
inférnus habitá*cu*lum e**ó**rum.
Verúmtamen Deus rédimet á*ni*mam **me**am, *
de manu inferi vere *sus*cípi**et** me.
Ne timúeris, cum dives factus fú*e*rit **ho**mo, *
et cum multiplicáta fúerit glóri*a* domus **e**ius.
Quóniam cum interíerit, non *su*met **óm**nia, *
neque descéndet cum eo *gló*ria **e**ius.
Cum ánimæ suæ in vita ipsíus *be*ne**dí**xerit: *
« Laudábunt te, quod bene*fe*cisti **ti**bi »;
tamen introíbit ad progéniem pa*trum* su**ó**rum, *
qui in ætérnum non *vi*débunt **lu**men.
Homo, cum in honóre esset, non intellé*xit*; †
comparátus est iumén*tis* quæ **pé**reunt, *
et símilis *fac*tus est **il**lis.

Ant. 3 AG 1009 (cf. OCO 411)



Canticum — cf. Ap 4, 5

[Dignus es, Dómine Deus **nos**ter, *
  accípere glóriam et honórem *et* vir**tú**tem;]
quia tu creásti **óm**nia, *
  et propter voluntátem tuam erant *et* cre**á**ta sunt.
Dignus es, Dómine, accípere **lib**rum *
  et aperíre signá*cu*la **e**ius,
quóniam occísus *es* †
  et redemísti nos Deo in sánguine **tu**o *
  ex omni tribu et lingua et pópulo et *na*ti**ó**ne,
et fecísti nos Deo nostro regnum et sacer**dó**tes, *
  et regnábimus *su*per **ter**ram.
Dignus est Agnus, qui occísus *est,* †
  accípere virtútem et divinitátem et sapi**én**tiam *
  et fortitúdinem et honórem et glóriam et bene*dic*ti**ó**nem.

LECTIO BREVIS

Omnes peccavérunt, et egent glória Dei, † iustificáti sunt gratis per grátiam ipsíus, per redemptiónem quæ est in Christo Iesu: quem propósuit Deus propitiatiónem per fidem in sánguine ipsíus, ad ostensiónem iustítiæ suæ.

RESPONSORIUM BREVE — cf. AG 52, 60, 151, 156,161




℟. A-dimplé-bis me læ-tí- ti- a * Cum vultu tu- o, Dó-



mi-ne ℣. Delecta-ti- ó-nes in déxte- ra tu- a usque in fi-nem.



* Cum vultu tu- o, Dómi-ne Gló-ri- a. A-dimplé-bis.



Ad Magnificat (p. 1454), ant. — AG 168 (cf. OCO 411)




Magní-fi -cat á-ni-ma me- a Dómi- num, qui- a respé-



xit De- us humi- li- tá- tem me- am. *C.* Magní-fi-cat * á-nima



*me-* a **Dó**mi-num.

PRECES

Christum pastórem et epíscopum animárum nostrárum, laudémus, qui díligit et tuétur pópulum suum. † In eo spem nostram ponéntes supplicémus: *Prótege pópulum tuum, Dómine.*
Prótege, Pastor ætérne, antístitem nostrum *N.*
— et cunctos Ecclésiæ tuæ pastóres.
Réspice propítius eos, qui persecutiónem patiúntur,
— eósque festína ab ómnibus tribulatiónibus liberáre.
Miserére, Dómine, ómnium egenórum,
— esuriéntibus escam largíre.
Illúmina cœtus légibus feréndis deputátos,
— ut in ómnibus sapiénti æquitáte decérnant.
Succúrre defúnctos, quos tuo sánguine redemísti,
— tecum ad núptias intráre mereántur.
Pater noster *in tono simplice. Oratio Dominicæ de Proprio Tempore vel diei de Liturgia Horarum.*

# FERIA IV HEBDOMADÆ II

## Ad Invitatorium

Ant. (Ps. t. 6a, p. 1379) AJ 1:67, cf. Poissy MS, fo. 65r (cf. LHR 179)




Dómi-num qui fe- cit nos, ve-ní-te a- do-rémus. *Ps.* Ve-



ní- te.

HYMNUS cf. AG 166




1. Fulgéntis auctor æthe- ris, qui lunam lumen nó-cti-bus,



so- lem di- é- rum cúr-si- bus cer- to fun-dá- sti trá-mi- te,

2. Nox atra iam depéllitur,
mundi nitor renáscitur
novúsque iam mentis vigor
dulces in actus érigit.

3. Laudes sonáre iam tuas
dies relátus ádmonet,
vultúsque cæli blándior
nostra serénat péctora.

4. Vitémus omne lúbricum,
declínet prava spíritus,
vitam facta non ínquinent,
linguam culpa non ímplicet;

5. Sed, sol diem dum cónficit,
fides profúnda férveat,
spes ad promíssa próvocet,
Christo coniúngat cáritas.

6. Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sæculum. Amen.



## Ad Officium lectionum

PSALMODIA

Ant. 1 AJ 1: 62, cf. Poissy MS, fo. 60r (cf. OCO 415)




Ut non de- línquam in lingua me- a. *Ps.* Dixi: Custódi-



am **vi-** as **me-** as, * ut non delínquam in *lin*gua **me-** a.

Psalmus 38, I

[Dixi: « Custódiam vias meas, *
ut non delínquam in lingua mea;]
ponam ori **me**o cu**stó**diam, *
donec consístit peccá*tor* ad**vér**sum me ».
Tacens obmútui, et sílui absque **ul**lo **bo**no, *
et dolor meus *re*no**vá**tus est.
Concáluit cor **me**um **in**tra me, *
et in meditatióne mea ex*ár*sit **i**gnis.
Locútus sum in **lin**gua **me**a: *
« Notum fac mihi, Dómine, *fi*nem **me**um;
et númerum diérum me**ó**rum **quis** est, *
ut sciam, quam brevis sit *vi*ta **me**a ».
Ecce paucórum palmórum fecísti **di**es **me**os, *
et spátium vitæ meæ tamquam ní*hi*lum **an**te te.
Etenim univérsa vánitas, omnis homo **con**sti**tú**tus est. *
Etenim ut imágo per*trán*sit **ho**mo.
Etenim vánitas est, **et** conci**tá**tur; *
thesaurízat, et ignórat quis congre*gá*bit **e**a.

Ant. 2 AN 34 (OCO vacat)







II

[Et nunc quæ est exspectátio mea, Dómine? *
    Spes mea apud te est.]
Ab ómnibus iniquitátibus meis éru**e** me, *
    oppróbrium insipién*ti* ne **po**nas me.
Obmútui et non apériam os **me**um, *
    quóniam *tu* fe**cí**sti.
Amove a me plagas **tu**as: *
    ab ictu manus tuæ e*go* de**fé**ci.
In increpatiónibus, propter iniquitátem, corripuísti hó*mi*nem, †
    et tabéscere fecísti sicut tínea desiderabília **e**ius. *
    Etenim vánitas *om*nis **ho**mo.
Exáudi oratiónem meam, **Dó**mine, *
    et clamórem meum áu*ri*bus **pér**cipe.
Ad lácrimas meas ne obsurdé*scas*; †
    quóniam ádvena ego sum **a**pud te, *
    peregrínus sicut omnes *pa*tres **me**i.
Avértere a me, ut re**frí**gerer, *
    priúsquam ábeam et *non* sim **ám**plius.

Ant. 3 AG 395 (cf. OCO 415)












Psalmus 51

[Quid gloriáris in malítia, *
    qui potens es iniquitáte?]
Tota die insídias cogi**tá**sti; *
    lingua tua sicut novácula acúta, qui *fa*cis **do**lum.
Dilexísti malítiam super benignitá*tem,* †
    mendácium magis quam loqui æqui**tá**tem. *
    Dilexísti ómnia verba perditiónis, lin*gua* do**ló**sa.
Proptérea Deus déstruet te in fi*nem;* †
    evéllet te, et emigrábit te de taber**ná**culo, *
    et radícem tuam de ter*ra* vi**vén**tium.
Vidébunt iusti et ti**mé**bunt, *
    et super e*um* ri**dé**bunt:
« Ecce homo qui non pósuit Deum refúgium su*um,* †
    sed sperávit in multitúdine divitiárum su**á**rum, *
    et præváluit in insí*di*is **su**is ».
Ego autem sicut virens olíva in domo De*i.* †
    Sperávi in misericórdia **De**i *
    in ætérnum et in sǽ*cu*lum **sǽ**culi.
Confitébor tibi in sǽculum, quia fecí*sti;* †
    et exspectábo nomen tuum, quóniam **bo**num est, *
    in conspéctu sanctó*rum* tu**ó**rum.

℣. Sustínuit ánima mea in verbo eius.
℟. Sperávit ánima mea in Dómino.

*Responsoria prolixa ut in Feria IV Hebdomadæ I.*

## Ad Laudes matutinas

PSALMODIA

Ant. 1 PM 177 (OCO 415)

**VIII a**



De- us, in sancto vi- a tu- a; quis De- us ma-gnus



sic- ut De- us noster? *Ps.* Voce mea ad Dóminum cla**má-** vi; *



voce mea ad Deum, et in*tén*dit **mi-** hi. [flex]

Psalmus 76

[Voce mea ad Dóminum clamávi; *
  voce mea ad Deum, et inténdit mihi.]
In die tribulatiónis meæ Deum exquisí*vi,* †
  manus meæ nocte ex**pán**sæ sunt, *
  et non *fa*ti**gán**tur.
Rénuit consolári ánima me*a;* †
  memor sum Dei, et inge**mí**sco, *
  exérceor, et déficit spí*ri*tus **me**us.
Vígiles tenuísti pálpebras óculi **me**i, *
  turbátus sum et non *sum* lo**cú**tus.
Cogitávi dies an**tí**quos, *
  et annos ætérnos in *men*te **há**bui.
Meditátus sum nocte cum *cor*de **me**o, *
  et exercitábar, et scopébat spí*ri*tus **me**us.
Numquid in ætérnum proíciet **De**us, *
  aut non apponet, ut complacíti*or* sit **ad**huc?
Aut defíciet in finem misericórdia **su**a, *
  cessábit verbum a generatióne in gene*ra*ti**ó**nem?



Aut obliviscétur miseréri **De**us, *
  aut continébit in ira sua misericór*di*as **su**as?
Et dixi: « Hoc vulnus **me**um, *
  mutátio déxte*ræ* Ex**cél**si ».
Memor ero óperum **Dó**mini, *
  memor ero ab inítio mirabíli*um* tu**ó**rum.
Et meditábor in ómnibus opéribus **tu**is, *
  et in adinventiónibus tuis *ex*er**cé**bor.
Deus, in sancto via **tu**a; *
  quis deus magnus sicut *De*us **no**ster?
Tu es Deus qui facis mira**bí**lia, *
  notam fecísti in pópulis vir*tú*tem **tu**am.
Redemísti in brácchio tuo pópulum **tu**um, *
  fílios Ia*cob* et **Io**seph.
Vidérunt te aquæ, De*us,* †
  vidérunt te aquæ, et dolu**é**runt; *
  étenim commótæ *sunt* a**bý**ssi.
Effudérunt aquas nú*bi*la, †
  vocem dedérunt **nu**bes, *
  étenim sagíttæ *tu*æ **trán**seunt.
Vox tonítrui tui in ro*ta;* †
  illuxérunt coruscatiónes tuæ orbi **ter**ræ, *
  commóta est et contré*mu*it **ter**ra.
In mari via tua, et sémitæ tuæ in aquis **mul**tis; *
  et vestígia tua non *co*gno**scún**tur.
Deduxísti sicut oves pópulum **tu**um *
  in manu Móy*si* et **A**aron.

Ant. 2 AG 198 (cf. OCO 415)

**VII a**



Ex-sul- tá- vit cor me- um in Dómi-no. *C.* † et exaltá-



tum est cornu meum in **De-** o **me-** o. dilatátum est os meum




Canticum 1 Reg 2: 1–10

[Exsultávit cor meum in Dómino, *
† et exaltátum est cornu meum in Deo meo;
dilatátum est os meum super ini**mí**cos **me**os, *]
quia lætáta sum in salu**tá**ri **tu**o.
Non est sanctus, ut est Dó*mi*nus, †
neque enim est **á**lius **ex**tra te, *
et non est fortis sicut **De**us **no**ster.
Nolíte multiplicáre **lo**qui sub**lí**mia, *
**glo**ri**án**tes;
recédant vétera de ore ve*stro:* †
quia Deus scientiárum **Dó**mi**nus** est, *
et ipsi præparántur cogi**ta**ti**ó**nes.
Arcus fórtium **su**per**á**tus est, *
et infírmi accíncti sunt **ró**bore;
repléti prius pro pánibus **se** loca**vé**runt, *
et famélici **sa**tu**rá**ti sunt;
donec stérilis **pé**perit **plú**rimos, *
et quæ multos habébat fílios, **in**fir**má**ta est.
Dóminus mortíficat **et** vi**ví**ficat, *
dedúcit ad ínferos **et** re**dú**cit;
Dóminus páuperem **fa**cit et **di**tat, *
humíli**at** et **súb**levat.
Súscitat de púlve**re** e**gé**num, *
et de stércore **é**levat **páu**perem,
ut sédeat **cum** prin**cí**pibus, *
et sólium **gló**riæ **té**neat.
Dómini enim sunt **cár**dines **ter**ræ, *
et pósuit super **e**os **or**bem.
Pedes sanctórum suórum serv*ábit,* †
et ímpii in ténebris **con**ti**cé**scent, *
quia non in fortitúdine sua robo**rá**bi**tur** vir.
Dóminum formidábunt adver**sá**rii **e**ius, *
et super ipsos in **cæ**lis to**ná**bit.



Dóminus iudicábit fines ter*ræ,* †
et dabit impérium **re**gi **su**o, *
et sublimábit cornu **Chri**sti **su**i.

Ant. 3 AG 193 (cf. OCO 415)







Psalmus 96

[Dóminus regnávit, exsúltet terra, *
† læténtur ínsulæ multæ.
Nubes et calígo in cir**cú**itu **e**ius, *]
iustítia et iudícium firmaméntum se*dis* **e**ius.
Ignis ante **ip**sum præ**cé**det, *
et inflammábit in circúitu inim*ícos* **e**ius.
Illustrárunt fúlgura eius **or**bem **ter**ræ: *
vidit et contrému*it* **ter**ra.
Montes sicut cera fluxérunt a **fá**cie **Dó**mini, *
a fácie Dómini om*nis* **ter**ra.
Annuntiavérunt cæli iu**stí**tiam **e**ius, *
et vidérunt omnes pópuli glóri*am* **e**ius.
Confundántur omnes qui adórant sculptí*li*a, †
et qui gloriántur in simu**lá**cris **su**is. *
Adórent eum omnes ánge*li* **e**ius.
Audívit et lætáta est Si*on,* †
et exsultavérunt **fí**liæ **Iu**dæ *
propter iudícia tu*a*, **Dó**mine.
Quóniam tu Dóminus, altíssimus super **om**nem **ter**ram, *
nimis exaltátus es super om*nes* **de**os.
Qui dilígitis Dóminum, odíte ma*lum;* †
custódit ipse ánimas san**ctó**rum su**ó**rum, *
de manu peccatóris liberá*bit* **e**os.
Lux **or**ta est **iu**sto, *

et rectis corde *læ*tí**tia.
Lætámini, **iu**sti, in **Dó**mino, *
et confitémini memóriæ sanctitá*tis* **e**ius.

LECTIO BREVIS

Quis nos separábit a caritáte Christi? Tribulátio, an angústia, an fames, an núditas, an perículum, an persecútio, an gládius? † Sed in his ómnibus superámus, propter eum qui diléxit nos.

RESPONSORIUM BREVE AG 156

VI



Be-ne-dí-cam Dómi-num. * In om- ni tempore. ℣. Semper



laus e-ius in o-re me- o. * In. Gló-ri- a. Be-ne-dí-cam.

Ad Benedictus, ant. (p. 1427) PM 171 (OCO 415)

VIII b



Li- be- rá- ti ser-vi- á- mus De- o nostro in sancti-



tá- te. *C.* Be-ne-díctus Dómi-nus De- us Is-ra- ël, * quia visitávit



et fecit redemptiónem ple-bis su- æ.

PRECES

Benedíctus Deus salvátor noster, qui usque ad consummatiónem sǽculi se ómnibus diébus cum Ecclésia sua mansúrum promísit.



† Ideo et grátias agéntes clamémus: *Mane nobíscum, Dómine.*
Mane nobíscum, Dómine, toto die,
— numquam declínet a nobis sol grátiæ tuæ.
Hunc diem tibi tamquam oblatiónem consecrámus,
— dum nos nihil pravi factúros aut probatúros pollicémur.
Fac, Dómine, ut domum lucis hic totus dies evádat,
— ut simus sal terræ et lux mundi.
Spíritus Sancti tui cáritas dírigat corda et lábia nostra,
— ut in tua iustítia semper et laude maneámus.
Pater noster *in tono simplice. Oratio de Proprio temporis, vel de Liturgia Horarum.*

## Ad Horam mediam

PSALMODIA

Ant. 1 PM 266 (OCO 415)

VIII a



Tu- am di-sci-plí-nam do-ce me, Dómi-ne, in le-ge



tu- a. *Ps.* Pórti- o mea **Dó**minus: * dixi custodíre *ver*ba **tu-** a.

Psalmus 118: 57–64 (Heth)

[Pórtio mea Dóminus: *
dixi custodíre verba tua.]
Deprecátus sum fáciem tuam in toto corde **me**o; *
miserére mei secúndum eló*qui*um **tu**um.
Cogitávi vias **me**as, *
et convérti pedes meos in testimó*ni*a **tu**a.
Festinávi et non sum mo**rá**tus, *
ut custódiam præ*cé*pta **tu**a.
Funes peccatórum circumpléxi **sunt** me, *
et legem tuam non *sum* ob**lí**tus.
Média nocte surgébam ad confiténdum **ti**bi *
super iudícia iustí*ti*æ **tu**æ.
Párticeps ego sum ómnium timénti**um** te *

et custodiéntium man*dá*ta **tu**a.
Misericórdia tua, Dómine, plena est **ter**ra; *
iustificatiónes *tu*as **do**ce me.

Ant. 2 PM 129 (OCO 420)




Psalmus 54: 2–15, 17–24 (I)

[Auribus pércipe, Deus, oratiónem meam, †
et ne abscondáris a deprecatióne mea, *
inténde mihi et exáudi me.]
Excússus sum in meditatióne mea, et contur**bá**tus sum *
a voce inimíci et a tribulatióne **pec**ca**tó**ris.
Quóniam devolvérunt in me iniqui**tá**tem, *
et in ira molésti **e**rant **mi**hi.
Cor meum torquétur **in**tra me, *
et formído mortis **cé**cidit **su**per me.
Timor et tremor venérunt **su**per me, *
et con**té**xit me **pa**vor.
Et dixi: « Quis dabit mihi pennas sicut co**lúm**bæ, *
et volábo **et** requi**é**scam?
Ecce elongábo **fú**giens, *
et manébo **in** soli**tú**dine ».
Exspectábo eum qui salvum me **fá**ciat, *
a spíritu procéllæ **et** tempes**tá**te.
Díssipa, Dómine, dívide linguas e**ó**rum, *
quóniam vidi violéntiam et contentiónem **in** civi**tá**te.



Die ac nocte circúmeunt eam super muros e*ius*, †
iníquitas et labor et insídiæ in médio **e**ius; *
et non defécit de platéis eius fraudulénti**a** et **do**lus.

Ant. 3 OHS 25 (cf. OCO 415)




II

[Quóniam, si inimícus meus maledixísset mihi, *
sustinuíssem útique;]
et si is qui óderat me super me magnificátus fu**ís**set, *
abscondíssem me fórsi*tan* ab **e**o.
Tu vero, homo coæquális **me**us, *
familiáris meus et *no*tus **me**us,
qui simul habúimus dulce con**sór**tium: *
in domo Dei ambulávimus *in* con**cúr**su.
Ego autem ad Deum cla**má**bo, *
et Dómi*nus* sal**vá**bit me.
Véspere et mane et merídie meditábor et inge**mí**scam, *
et exáudiet *vo*cem **me**am.
Rédimet in pace ánimam meam ab his qui im**pú**gnant me, *
quóniam in multis *sunt* ad**vér**sum me.
Exáudiet Deus, et humiliábit **il**los, *
qui est *an*te **sǽ**cula.
Non enim est illis **pa**ctum, *
et non timu*é*runt **De**um.
Exténdit manum suam in **só**cios; *
contaminávit *fœ*dus **su**um.

Lene super butýrum est os **e**ius, *
pugna autem *cor* il**lí**us:
mollíti sunt sermónes eius super **ó**leum, *
et ipsi sunt gládi*i* de**strí**cti.
Iacta super Dóminum curam tu*am,* †
et ipse te e**nú**triet; *
non dabit in ætérnum fluctuati*ó*nem **iu**sto.
Tu vero, Deus, dedúces **e**os *
in púte*um* in**té**ritus.
Viri sánguinum et dolósi non dimidiábunt dies **su**os; *
ego autem sperábo *in* te, **Dó**mine.

## Ad Tertiam

LECTIO BREVIS

Iudícibus vestris præcépi in témpore illo: Audíte causam fratrum vestrórum et, quod iustum est, iudicáte, sive civis sit ille sive peregrínus. † Non accipiétis persónam in iudício; ita parvum audiétis ut magnum: nec timébitis cuiúsquam persónam, quia Dei iudícium est.

℣. Iustus Dóminus et iustítias diléxit.
℟. Recti vidébunt vultum eius.

*Orationes ut ad Hebdomadæ I Horas medias.*

## Ad Sextam

LECTIO BREVIS

Cogitatiónes meæ non sunt cogitatiónes vestræ, neque viæ vestræ viæ meæ, dicit Dóminus. † Quia sicut exaltántur cæli a terra: sic exaltátæ sunt viæ meæ a viis vestris et cogitatiónes meæ a cogitatiónibus vestris.

℣. Dómine Deus virtútum, quis símilis tibi?
℟. Potens es, Dómine, et véritas tua in circúitu tuo.

## Ad Nonam

LECTIO BREVIS

Non iuxta intúitum hóminis ego iúdico: † homo enim videt ea,



quæ parent: Dóminus autem intuétur cor.

℣. Proba me, Deus, et scito cor meum.
℟. Deduc me in via ætérna.

## Ad Vesperas

HYMNUS cf. AG 166

VIII







2. Mirántibus mortálibus
sic te, Creátor próvide,
leges vicésque témporum
umbris dedísse et lúmini.

3. Ac dum, tenébris æthera
siléntio preméntibus,
vigor labórum déficit,
quies cupíta quæritur,

4. Spe nos fidéque dívites
tui beámur lúmine
Verbi, quod est a sæculis
splendor patérnæ glóriæ.

5. Est ille sol qui nésciat
ortum vel umquam vésperum;
quo terra gestit póntegi,
quo cæli in ævum iúbilant.

6. Hac nos seréna pérpetim
da luce tandem pérfrui,
cum Nato et almo Spíritu
tibi novántes cántica. Amen.

PSALMODIA

Ant. 1 PM 147 (OCO 415)

III a





tantum quiésce, **á**nima **me-** a; * ab ipso enim salu-*tá-* re **me-**



um. [flex]

Psalmus 61

[In Deo tantum quiésce, **á**nima **me**a; *
 ab ipso enim salu*tá*re **me**um.]
Verúmtamen ipse refúgium meum et salu**tá**re **me**um, *
 præsídium meum, non mo*vé*bor **ám**plius.
Quoúsque irrúitis in hó*mi*nem, †
 contúnditis **u**ni**vér**si vos, *
 tamquam paríetem inclinátum et macéri*am* de**púl**sam?
Verúmtamen de excélso suo cogitavérunt depél*le*re; †
 delecta**bán**tur men**dá**cio. *
 Ore suo benedicébant, et corde suo ma*le*di**cé**bant.
In Deo tantum quiésce, **á**nima **me**a; *
 quóniam ab ipso patién*ti*a **me**a.
Verúmtamen ipse Deus meus et salu**tá**re **me**um, *
 præsídium meum, *non* mo**vé**bor.
In Deo salutáre meum et **gló**ria **me**a; *
 Deus fortitúdinis meæ, et refúgium me*um* in **De**o est.
Speráte in eo, omnis congregátio pó*pu*li, †
 effúndite coram illo **cor**da **ves**tra; *
 Deus refú*gi*um **no**bis.
Verúmtamen vánitas **fí**lii **A**dam, *
in sil*va* con**dén**sa.
Excidérunt iánuas eius in i**díp**sum; *
in secúri et áscia *de*ie**cé**runt.
Incendérunt igni sanctuárium **tu**um, *
in terram polluérunt tabernáculum nó*mi*nis **tu**i;
dixérunt in corde suo: « Opprimámus eos **si**mul ». *
Combussérunt omnes congregatiónes De*i* in **ter**ra.

Signa nostra non ví*di*mus, †
  iam non est pro**phé**ta, *
  et apud nos non est qui co*gnó*scat **ám**plius.
Usquequo, Deus, improperábit ini**mí**cus, *
  spernet adversárius nomen tu*um* in **fi**nem?
Ut quid avértis manum **tu**am, *
  et tenes déxteram tuam in médio *si*nu **tu**o?
Deus autem rex noster ante **sǽ**cula, *
  operátus est salútes in mé*di*o **ter**ræ.

Ant. 3 OHS 39 (cf. OCO 418)




II

[Tu conscidísti in virtúte tua mare, *
  contribulásti cápita dracónum in aquis.]
Tu confregísti cápi**ta** Le**ví**athan, *
  dedísti eum escam *mon*stris **ma**ris.
Tu dirupísti fontes **et** tor**rén**tes; *
  tu siccásti flúvi*os* pe**rén**nes.
Tuus est dies et **tu**a **est** nox, *
  tu fabricátus es luminári*a* et **so**lem.
Tu statuísti omnes **tér**minos **ter**ræ, *
  æstátem et híemem, tu plas*ma*sti **e**a.
Memor esto hu*ius:* †
  inimícus impropé**rá**vit **Dó**mino, *
  et pópulus insípiens sprevit *no*men **tu**um.
Ne tradas béstiis ánimas confi**tén**tes **ti**bi, *



  et ánimas páuperum tuórum ne obliviscá*ris* in **fi**nem.
Réspice **in** testa**mén**tum, *
  quia repléta sunt latíbula terræ tentóriis *vi*o**lén**tiæ.
Ne revertátur húmilis **fa**ctus con**fú**sus; *
  pauper et inops laudábunt *no*men **tu**um.
Exsúrge, Deus, iúdica causam tu*am;* †
  memor esto improperi**ó**rum tu**ó**rum, *
  quæ ab insipiénte fiunt *to*ta **di**e.
Ne obliviscáris voces inimi**có**rum tu**ó**rum; *
  tumúltus eórum, qui insúrgunt, a*scén*dit **sem**per.

## Ad Tertiam

LECTIO BREVIS

Fácite iudícium et iustítiam † et liberáte vi oppréssum de manu expoliántis et ádvenam et pupíllum et víduam nolíte afflígere: neque opprimátis iníque et sánguinem innocéntem ne effundátis.

℣. Dóminus iudicábit orbem terræ in iustítia.
℟. Iudicábit pópulos in æquitáte.

*Orationes ut ad Hebdomadæ I Horas medias.*

## Ad Sextam

LECTIO BREVIS

Si unus de frátribus tuis, qui morántur in una civitátum tuárum, † ad paupertátem vénerit, non obdurábis cor tuum, nec cóntrahes manum: sed apéries eam páuperi fratri tuo et dabis mútuum, quod eum indigére perspéxeris.

℣. Desidérium páuperum exaudísti, Dómine.
℟. Confirmábis cor eórum, inténdes aurem tuam.

## Ad Nonam

LECTIO BREVIS

Non fácias violéntiam páuperi, † quia pauper est, neque cónteras egénum in porta: quia iudicábit Dóminus causam eórum, et ánima spoliábit spoliatóres.

℣. Liberábit Dóminus páuperem, cui non erat adiútor.
℟. Et ánimas páuperum salvas fáciet.

## Ad Vesperas

HYMNUS cf. AG 166

VIII



1. Tel-lú-ris ingens cón-di-tor, mundi so-lum qui é-ru-ens,



pulsis aquæ mo-lés-ti- is, terram de-dísti immó- bi- lem.

2. Ut germen aptum próferens,
fulvis decóra flóribus,
fecúnda fructu sísteret
pastúmque gratum rédderet.

3. Mentis perústæ vúlnera
munda viróre grátiæ,
ut facta fletu díluat
motúsque pravos átterat.

4. Iussis tuis obtémperet,
nullis malis appróximet,
bonis repléri gáudeat
et mortis actum nésciat.

5. Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sæculum. Amen.

PSALMODIA

Ant. 1 Poissy Ant., fo. 61v; cf. AJ 1:120 (OCO 418)

VIII b



Béne-fac, Dómi-ne, bonis et rec- tis corde. *Ps.* Qui con-



fídunt in Dómino, sicut mons **Si-** on: * non commovébitur, in æ-





*tér*num **ma-** net. [flex]

### Psalmus 124

[Qui confídunt in Dómino, sicut mons **Si**on: *
non commovébitur, in æ*tér*num **ma**net.]
Ierúsalem, montes in circúitu e*ius*, †
et Dóminus in circúitu pópuli **su**i, *
ex hoc nunc et us*que* in **sǽ**culum.
Quia non requiéscet virga iniquitátis super sortem iu**stó**rum, *
ut non exténdant iusti ad iniquitátem *ma*nus **su**as.
Bénefac, Dómine, **bo**nis *
et *rec*tis **cor**de.
Declinántes autem per vias pra*vas* †
addúcet Dóminus cum operántibus iniqui**tá**tem. *
Pax *su*per **Is**raël.

Ant. 2 AJ 1:122, 2:97 (cf. OCO 418)

IV a



Spe- ret Isra-ël in Dómi-no. Ps. Dómine, non est ex-



alt*átum* cor **me-** um, * neque eláti sunt *ó*-cu-li **me-** i;

### Psalmus 130

Dómine, non est exaltá*tum* cor **me**um, *
neque eláti sunt *ó*culi **me**i;
neque ambulá*vi* in **ma**gnis, *
neque in mira*bí*libus **su**per me.
Vere pacátam *et* qui**é**tam *
feci *á*nimam **me**am;
sicut ablactátus in sinu *ma*tris **su**æ, *
sicut ablactátus, ita in me est *á*nima **me**a.

Speret Isra*ël* in **Dó**mino, *
ex hoc nunc et *us*que in **sǽ**culum.

Ant. 3 AG 1009 (cf. OCO 411)




Canticum cf. Ap 4, 5

[Dignus es, Dómine Deus **nos**ter, *
accípere glóriam et honórem *et* vir**tú**tem;]
quia tu creásti **óm**nia, *
et propter voluntátem tuam erant *et* cre**á**ta sunt.
Dignus es, Dómine, accípere **lib**rum *
et aperíre signá*cu*la **e**ius,
quóniam occísus *es* †
et redemísti nos Deo in sánguine **tu**o *
ex omni tribu et lingua et pópulo et *na*ti**ó**ne,
et fecísti nos Deo nostro regnum et sacer**dó**tes, *
et regnábimus *su*per **ter**ram.
Dignus est Agnus, qui occísus *est,* †
accípere virtútem et divinitátem et sapi**én**tiam *
et fortitúdinem et honórem et glóriam et bene*dic*ti**ó**nem.



LECTIO BREVIS

Vidéte qualem caritátem dedit nobis Pater, ut fílii Dei nominémur et simus.† Caríssimi, nunc fílii Dei sumus, et nondum appáruit quid érimus: scimus quóniam, cum apparúerit, símiles ei érimus, quóniam vidébimus eum sícuti est.

RESPONSORIUM BREVE AG 52




Ad Magnificat (p. 1446), ant. AG 190 (cf. OCO 411)




PRECES

Christo Dómino, in médio nostri vivénti, nos, pópulus eius aquisitiónis, † laudes persolvámus et supplicémus dicéntes
*Ad laudem tuam exáudi nos, Dómine.*
Dómine, rex et dominátor géntium, adésto pópulis et ómnibus potestátem habéntes,

— ut commúne bonum iuxtam legem tuam concórditer persequántur.
Tu, qui captívam duxísti nostram captivitátem,
— restítue ad filiórum libertátem fratres, qui córpore vel spíritu captivitátem patiúntur.
Semper irreprehensíbiles iúvenes nostri tibi sátagant inveníri,
— et tibi vocánti magnanímiter obsecúndent.
Fac ut exémplum tuum púeri imiténtur,
— atque sapiéntiam et grátia semper profíciant.
Defúncti in regnum suscipiántur ætérnum,
— ubi nos tecum conregnatúros sperámus.

Pater noster *in tono simplice. Oratio Dominicæ de Proprio Tempore vel de Liturgia Horarum.*



# FERIA IV HEBDOMADÆ III

## Ad Invitatorium

Ant. (Ps. t. 6a, p. 1379) AJ 1:67, cf. Poissy MS, fo. 65r (cf. LHR 179)




HYMNUS cf. AG 166




2. Calígo terræ scínditur
percússa solis spículo,
rebúsque iam color redit
vultu niténtis síderis.

3. Sic nostra mox obscúritas
fraudísque pectus cónscium,
ruptis retéctum núbibus,
regnánte palléscet Deo.

4. Te, Christe, solum nóvimus,
te mente pur*a* et símplici
rogáre curváto genu
flend*o* et canéndo díscimus.

5. Inténde nostris sénsibus
vitámque totam díspice;
sunt multa fucis íllita
quæ luce purgéntur tua.

6. Sit, Christe, rex piíssime,
tibi Patríque glória
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sæcula. Amen.

## Ad Officium lectionum

PSALMODIA

Ant. 1 PM 208 (OCO 418)

I c



Mi-se-ri- córdi- a et vé- ri- tas præ-cé- dent fá- ci- em



tu- am, Dómi-ne. *Ps.* Misericórdias Dómini in æ-**tér**num can**tá-**



bo, * in generatiónem et generatiónem annuntiábo veritátem tuam



in *o*re **me-** o. [flex]

Psalmus 88: 2–38, I

[Misericórdias Dómini in ætérnum cantábo, *
in generatiónem et generatiónem
annuntiábo veritátem tuam in ore meo.]
Quóniam dixí*sti:* †
« In ætémum misericórdia æ**di**fi**cá**bitur », *
in cælis firmábitur véritas **tu**a.
« Dispósui testaméntum e**lé**cto **me**o, *
iurávi David *ser*vo **me**o.
Usque in ætérnum confirmábo semen **tu**um, *
et ædificábo in generatiónem
et generatiónem *se*dem **tu**am ».
Confitebúntur cæli mirabília **tu**a, **Dó**mine, *
étenim veritátem tuam in ecclési*a* san**ctó**rum.
Quóniam quis in núbibus æ**quá**bitur **Dó**mino, *



símilis erit Dómino in fí*li*is **De**i?
Deus, metuéndus in consíli**o** san**ctó**rum, *
magnus et terríbilis super omnes qui in circú*i*tu **e**ius sunt.
Dómine Deus virtútum, quis **sí**milis **ti**bi? *
Potens es, Dómine, et véritas tua in circú*i*tu **tu**o.
Tu domináris su**pér**biæ **ma**ris, *
elatiónes flúctuum e*ius* tu **mí**tigas.
Tu conculcásti sicut vulne**rá**tum **Ra**hab, *
in brácchio virtútis tuæ dispersísti ini*mí*cos **tu**os.
Tui sunt cæli, et **tu**a est **ter**ra, *
orbem terræ et. plenitúdinem eius *tu* fun**dá**sti.
Aquilónem et Austrum **tu** cre**á**sti, *
Thabor et Hermon in nómine tuo *ex*sul**tá**bunt.
Tibi brácchium **cum** po**tén**tia: *
firma est manus tua, et exaltáta déx*te*ra **tu**a.
Iustítia et iudícium firmaméntum **se**dis **tu**æ. *
Misericórdia et véritas præcédent fá*ci*em **tu**am.
Beátus pópulus qui scit iubi**la**ti**ó**nem; *
Dómine, in lúmine vultus tui *am*bu**lá**bunt,
et in nómine tuo exsultábunt **to**ta **di**e, *
et in iustítia tua ex**al**ta**bún**tur.
Quóniam decor virtútis e**ó**rum **tu** es, *
et in beneplácito tuo exaltábitur *cor*nu **no**strum.
Quia Dómini est **scu**tum **no**strum, *
et sancti Isra*ël* rex **no**ster.

Ant. 2 AG 749 (OCO vacat)

I b



Da- bit e- i Dómi-nus se- dem Da-vid patris e- ius, et



regná-bit in æ- térnum. *Ps.* Tunc locútus es in visióne sanctis tu-



is, et dix*ísti:* † Pósui adiutórium **in** po**tén-** te, * et exaltávi elé-



*ctum* de **ple-** be.

II

[Tunc locútus es in visióne sanctis tuis, et dixísti: †
« Pósui adiutórium in poténte, *
et exaltávi eléctum de plebe.]
Invéni David **ser**vum **me**um; *
óleo sancto meo *un*xi **e**um.
Manus enim mea firma **e**rit cum **e**o, *
et brácchium meum confor*tá*bit **e**um.
Nihil profíciet ini**mí**cus in **e**o, *
et fílius iniquitátis non óp*pri*met **e**um.
Et concídam a fácie ipsíus ini**mí**cos **e**ius, *
et odiéntes e*um* per**cú**tiam.
Et véritas mea et misericórdia **me**a cum **i**pso *
et in nómine meo exaltábitur *cor*nu **e**ius.
Et ponam super mare **ma**num **e**ius, *
et super flúmina déx*te*ram **e**ius.
Ipse invocábit me. Pater **me**us **es** tu, *
Deus meus et refúgium sa*lú*tis **me**æ.
Et ego primogénitum *po*nam **il**lum, *
excélsum præ ré*gi*bus **ter**ræ.
In ætérnum servábo illi miseri**cór**diam **me**am, *
et testaméntum meum fi*dé*le **i**psi.
Et ponam in sǽculum sǽculi **se**men **e**ius, *
et thronum eius sicut *di*es **cæ**li ».

Ant. 3 AG 308 (OCO vacat)

VIII a



Super só- li- um Da- vid et super regnum e-ius se-





dé-bit in æ-térnum. *Ps.* Si autem derelíquerint fílii eius legem



**me-** am, * et in iudíciis meis non *am*bu**lá**verint.

III

[« Si autem derelíquerint fílii eius legem meam, *
et in iudíciis meis non ambuláverint;]
si iustificatiónes meas profa**ná**verint, *
et mandáta mea non *cu*sto**dí**erint:
visitábo in virga delíctum e**ó**rum, *
et in verbéribus iniquitá*tem* e**ó**rum.
Misericórdiam autem meam non avértam ab **e**o, *
neque méntiar in veri*tá*te **me**a.
Non profanábo testaméntum **me**um *
et quæ procédunt de lábiis meis, non fá*ci*am **ír**rita.
Semel iurávi in sancto **me**o: *
Si *Da*vid **mén**tiar.
Semen eius in ætérnum ma**né**bit, *
et thronus eius sicut sol in con*spéc*tu **me**o,
et sicut luna firmus stabit in æ**tér**num, *
et testis in cæ*lo* fi**dé**lis ».

℣. Declarátio sermónum tuórum illúminat.
℟. Et intelléctum dat párvulis.

*Responsoria prolixa ut in Feria IV Hebdomadæ I.*

## Ad Laudes matutinas

PSALMODIA

Ant. 1 Poissy MS, fo. 54v, cf. AJ 1: 39 (cf. OCO 418)

VII b


Inclí-na, Dómine, aurem tu- am mi-hi, et ex-áudi



verba me- a. *Ps.* quóniam inops et **pau**per sum **e-** go. Custódi á-



nimam meam, **quó**ni- am **san**ctus sum. [flex]

Psalmus 85

[Inclína, Dómine, aurem tuam et exáudi me, *
  † quóniam inops et pauper sum ego.
Custódi ánimam meam, **quó**niam **san**ctus sum; *]
  salvum fac servum tuum, Deus meus, spe**rán**tem **in** te.
Miserére **mei**, **Dó**mine, *
  quóniam ad te clamávi **to**ta **di**e.
Lætífica ánimam **ser**vi **tu**i, *
  quóniam ad te, Dómine, ánimam **me**am le**vá**vi.
Quóniam tu, Dómine, su**á**vis et **mi**tis, *
  et multæ misericórdiæ ómnibus invo**cán**ti**bus** te.
Auribus pércipe, Dómine, orati**ó**nem **me**am, *
  et inténde voci deprecati**ó**nis **me**æ.
In die tribulatiónis meæ cla**má**vi **ad** te, *
  quia ex**áu**di**es** me.
Non est símilis tui in **di**is, **Dó**mine, *
  et nihil sicut **ó**pera **tu**a.
Omnes gentes quascúmque fecísti vé*ni*ent, †
  et adorábunt **co**ram te, **Dó**mine; *
  et glorificábunt **no**men **tu**um,



quóniam magnus es tu, et fáciens **mi**ra**bí**lia: *
  tu es **De**us **so**lus.
Doce me, Dómine, **vi**am **tu**am, *
  et ingrédiar in veri**tá**te **tu**a;
simplex **fac** cor **me**um, *
  ut tímeat **no**men **tu**um.
Confitébor tibi, Dómine Deus meus, in toto **cor**de **me**o, *
  et glorificábo nomen tuum **in** æ**tér**num,
quia misericórdia tua **ma**gna est **su**per me, *
  et eruísti ánimam meam ex inférno in**fe**ri**ó**ri.
Deus, supérbi insurrexérunt super *me,* †
  et synagóga poténtium quæsiérunt **á**nimam **me**am, *
  et non proposuérunt te in con**spéc**tu **su**o.
Et tu, Dómine, Deus miserátor **et** mi**sé**ricors, *
  pátiens et multæ misericórdiæ **et** veri**tá**tis.
Réspice in me et miserére me*i;* †
  da fortitúdinem tuam **pú**ero **tu**o, *
  et salvum fac fílium an**cíl**læ **tu**æ.
Fac mecum signum in bo*num,* †
  ut vídeant qui odérunt me **et** confun**dán**tur, *
  quóniam tu, Dómine, adiuvísti me et conso**lá**tus **es** me.

Ant. 2 OHS 217 (cf. OCO 418)

IV a


Ha- bi- tá- bit in ta-berná-cu-lo tu- o, requi- és-cet in



monte sancto tu- o. *C.* Audíte, qui longe e*stis*, quæ **fé**cerim, * et



cognóscite, vicíni, forti-*tú*-dinem **me-** am.

Canticum Is 33: 13–16

[Audíte, qui longe estis, quæ fécerim, *
et cognóscite, vicíni, fortitúdinem meam.]
Contérriti sunt in Sion *pec*ca**tó**res, *
possédit *tre*mor hy**pó**critas.
Quis póterit habitáre de vobis cum igne *de*vo**rán**te? *
quis habitábit ex vobis cum ardóri*bus* sempi**tér**nis?
Qui ámbulat *in* iu**stí**tiis, *
et lóqui*tur* veri**tá**tem,
qui próicit avarítiam *ex* ca**lú**mnia, *
et éxcutit manus suas *ab* omni **mú**nere,
qui obtúrat aures suas, ne áu*di*at **sán**guinem, *
et claudit óculos suos, ne *ví*deat **ma**lum.
Iste in excélsis *ha*bi**tá**bit, *
muniménta saxórum sub*lí*mitas **e**ius:
panis *e*i **da**tus est, *
aquæ *e*ius fi**dé**les sunt.

Ant. 3 AG 215 (LH 2: 854; cf. OCO 418)




Psalmus 97

[Cantáte Dómino cánticum novum, *
quia mirabília fecit.]
Salvávit sibi déxtera **e**ius, *
et brácchium *san*ctum **e**ius.
Notum fecit Dóminus salutáre **su**um, *
in conspéctu géntium revelávit iustí*ti*am **su**am.
Recordátus est misericórdiæ **su**æ *
et veritátis suæ dó*mu*i **Is**raël.



Vidérunt omnes términi **ter**ræ *
salutáre *De*i **no**stri.
Iubiláte Deo, omnis,**ter**ra, *
erúmpite, exsultá*te* et **psál**lite.
Psállite. Dómino in **cí**thara, *
in cíthara et *vo*ce **psal**mi;
in tubis ductílibus et voce tubæ **cór**neæ, *
iubiláte in conspéctu *re*gis **Dó**mini.
Sonet mare et plenitúdo **e**ius, *
orbis terrárum et qui hábi*tant* in **e**o.
Flúmina plaudent ma*nu*, †
simul montes exsultábunt a conspéctu **Dó**mini, *
quóniam venit iudi*cá*re **ter**ram.
Iudicábit orbem terrárum in iu**stí**tia *
et pópulos in *æ*qui**tá**te.

LECTIO BREVIS

Quod ab álio óderis fíeri tibi, vide ne tu aliquándo álteri fácias. Panem tuum cum esuriéntibus et egénis cómede, et de vestiméntis tuis nudos tege. † Consílium semper a sapiénte perquíre. Omni tempore bénedic Deum: et pete ab eo ut vias tuas dírigat, et omnia consília tua in ipso permáneant.

RESPONSORIUM BREVE AG 44



Ad Benedictus, ant. (p. 1418) Poissy MS, fo. 63[r]; AJ 1: 65 (cf. OCO 412)




PRECES

Grátias agámus Christo eúmque semper laudémus, quia non dedignátur fratres vocáre quos sanctíficat. † Ideo ei supplicémus: *Sanctífica fratres tuos, Dómine.*

Fac ut huius diéi inítia in honórem resurrectiónis tuæ puris tibi córdibus consecrémus,
— et diem totum tibi gratum sanctificatiónis opéribus faciámus.

Qui diem amóris tui signum ad salútem et lætítiam nobis renovásti,
— rénova nos cotídie ad glóriam tuam.

Doce nos hódie te in ómnibus præséntem agnóscrere,
— teque in mæréntibus præsértim et paupéribus inveníre.

Da nos hódie cum ómnibus pacem habére,
— némini vero malum réddere pro malo.

Pater noster *in tono simplici. Oratio de Proprio temporis vel de Liturgia Horarum.*



## Ad Horam mediam

PSALMODIA

Ant. 1 AG 51* (cf. OCO 418)




Psalmus 118:105–112 (Nun)

[Lucérna pédibus meis vérbum tuum, *
 et lumen sémitis meis.]
Iu**rá**vi et, **stá**tui *
 custodíre iudícia iustíti*æ* **tu**æ.
Humiliátus sum usque**quá**que, **Dó**mine; *
 vivífica me secúndum ver*bum* **tu**um.
Voluntária oris mei beneplácit**a** sint, **Dó**mine, *
 et iudícia tu*a* **do**ce me.
Anima mea in mánibus **me**is **sem**per, *
 et legem tuam non sum *ob***lí**tus.
Posuérunt peccatóres **lá**queum **mi**hi, *
 et de mandátis tuis non *er***rá**vi.
Heréditas mea testimónia tua **in** æ**tér**num, *
 quia exsultátio cor*dis* **me**i sunt.
Inclinávi cor meum ad faciéndas iustificati**ó**nes **tu**as *
 in ætérnum, *in* **fi**nem.

Ant. 2 AJ 1: 65; cf. Poissy MS, fo. 63r (cf. OCO 418)

II


Dómine De- us in adiu- tó-ri- um me- um in- ténde.



*Ps.* † Dómine, ad adiuvándum me *fe***stí-** na. Confundántur et re-



ve-re- **án-**tur. * qui quærunt áni*mam* **me-** am.

Psalmus 69

[Deus, in adiutórium meum inténde; *
† Dómine, ad adiuvándum me festína.
Confundántur et revere**án**tur *
qui quærunt áni*mam* **me**am.]
Avertántur retrórsum et eru**bé**scant *
qui volunt mi*hi* **ma**la.
Convertántur propter confusiónem **su**am *
qui dicunt mihi: « Eu*ge*, **eu**ge ».
Exsúltent et læténtur in te omnes qui **quæ**runt te, *
et dicant semper: « Magnificé*tur* **De**us »,
qui díligunt salutá*re* **tu**um.
Ego vero egénus et **pau**per sum; *
Deus, ad me *fe***stí**na.
Adiútor meus et liberátor meus **es** tu; *
Dómine, ne *mo***ré**ris.

Ant. 3 PM 176 (OCO 418)

VIII a


Et invo- cá-bimus nomen tu- um, Dómi-ne. *Ps.* Confi-





tébimur tibi, De- *us*; † confitébimur, et invocábimus nomen **tu-**



um: * narrábimus mirabí- *li-* a **tu-** a.

Psalmus 74

[Confitébimur tibi, Deus; †
confitébimur, et invocábimus nomen tuum: *
narrábimus mirabília tua.]
Cum statúero **tem**pus, *
ego iustítias *iu*di**cá**bo.
Si liquefácta est terra, et omnes qui hábitant in **e**a, *
ego confirmávi co*lúm*nas **e**ius.
Dixi gloriántibus: « Nolíte glori**á**ri », *
et delinquéntibus: « Nolíte exal*tá*re **cor**nu ».
Nolíte exaltáre in altum cornu **ve**strum, *
nolíte loqui advérsus De*um* pro**tér**va.
Quia neque ab oriénte, neque ab occi**dén**te, *
neque a desértis *ex*al**tá**tio.
Quóniam Deus **iu**dex est; *
hunc humíliat et *hunc* ex**ál**tat.
Quia calix in manu **Dó**mini *
vini meri *ple*nus **mi**sto.
Et inclinávit ex hoc in *hoc*; †
verúmtamen usque ad fæces epo**tá**bunt, *
bibent omnes pecca*tó*res **ter**ræ.
Ego autem annuntiábo in **sǽ**culum, *
cantábo *De*o **Ia**cob.
Et ómnia córnua peccatórum con**frín**gam, *
et exaltabúntur cór*nu*a **iu**sti.

## Ad Tertiam

LECTIO BREVIS

Cáritas pátiens est, benígna est cáritas, non æmulátur, non agit supérbe, non inflátur, non est ambitiósa, † non quærit, quæ sua sunt, non irritátur, non cógitat malum, non gaudet super iniquitátem, congáudet autem veritáti: ómnia suffert, ómnia credit, ómnia sperat, ómnia sústinet.

℣. Exsúltent et læténtur in te omnes qui quærunt te, Dómine.
℟. Et dicant semper: Magnificétur Deus.

*Orationes ut ad Hebdomadæ I Horas medias.*

## Ad Sextam

LECTIO BREVIS

Cáritas numquam éxcidit. Sive prophetíæ, evacuabúntur; sive linguæ, cessábunt: sive sciéntia, destruétur. † Ex parte enim cognóscimus et ex parte prophetámus. Nunc autem manet fides, spes, cáritas, tria hæc: maior autem ex his est cáritas.

℣. Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos.
℟. Quemádmodum sperávimus in te.

## Ad Nonam

LECTIO BREVIS

Super ómnia caritátem habéte, quod est vínculum perfectiónis. † Et pax Christi dominétur in córdibus vestris, ad quam et vocáti estis in uno córpore: Et grati estóte.

℣. Mansuéti hereditábunt terram.
℟. Et delectabúntur in multitúdine pacis.



## Ad Vesperas

HYMNUS cf. AG 166

VIII

1. Cǽ- li De- us sanctíssime, qui lúci-dum centrum po- li

candó- re pin-gis ígne- o augens de-có- ri lú-mi- na.

2. Quarto die qui flámmeam
solis rotam constítuens,
lunæ minístras órdini
vagos recúrsus síderum.

3. Ut nóctibus vel lúmini
diremptiónis términum,
primórdiis et ménsium
signum dares notíssimum.

4. Illúmina cor hóminum,
abstérge sordes méntium,
resólve culpæ vínculum,
evérte moles críminum.

5. Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sæculum. Amen.

PSALMODIA

Ant. 1 AV (10) (OCO 418)

VIII b

E- úntes i- bant et flebant, mit-tén-tes sé-mi-na

su- a. *Ps.* In converténdo Dóminus captivitátem **Si-** on, * facti

sumus quasi *so*mni- **án-**tes.

Psalmus 125

[In converténdo Dóminus captivitátem **Si**on, *
facti sumus quasi *so*mni**án**tes.]
Tunc replétum est gáudio os **nos**trum, *
et lingua nostra exsul*ta*ti**ó**ne.
Tunc dicébant inter **gen**tes: *
« Magnificávit Dóminus fáce*re* cum **e**is ».
Magnificávit Dóminus fácere no**bís**cum; *
facti su*mus* læ**tán**tes.
Convérte, Dómine, captivitátem **nos**tram, *
sicut torrén*tes* in **Au**stro.
Qui séminant in **lá**crimis, *
in exsultati*ó*ne **me**tent.
Eúntes ibant et **fle**bant, *
semen spargén*dum* por**tán**tes;
veniéntes autem vénient in exsultati**ó**ne, *
portántes maní*pu*los **su**os.

Ant. 2 AG 190 (cf. OCO 418)




Psalmus 126

[Nisi Dóminus ædificáverit **do**mum, *
in vanum labórant qui æ**dí**ficant **e**am.]
Nisi Dóminus custodíerit civi**tá**tem, *
frustra vígilat qui cu**stó**dit **e**am.



Vanum est vobis ante lucem súr*ge*re, †
et sero quiéscere, et manducáre panem la**bó**ris. *
Verúmtamen dabit ipse diléctis **su**is du**plí**cia.
Ecce heréditas Dómini, **fí**lii, *
merces **fruc**tus **ven**tris.
Sicut sagíttæ in manu po**tén**tis, *
ita fílii *iu*ven**tú**tis.
Beátus vir qui implévit pháretram suam ex **ip**sis; *
non confundétur, cum loquétur inimícis **su**is in **por**ta.

Ant. 3 PM 372 (OCO 412)




Canticum Col 1: 12–20

[Grátias agámus Deo **Pa**tri, *
qui dignos nos fecit in partem sortis sanctó*rum* in **lú**mine,]
qui erípuit nos de potestáte tene**brá**rum *
et tránstulit in regnum Fílii dilecti*ó*nis **su**æ,
in quo habémus redemptiónem per sánguinem **e**ius, *
remissiónem *pec*ca**tó**rum.
Qui est imágo Dei invi**sí**bilis, *
primogénitus omnis *cre*a**tú**ræ;

quóniam in ipso cóndita sunt univér*sa* †
in cælis et in **ter**ra, *
visibília et in*vi*si**bí**lia,
sive throni sive dominati**ó**nes *
sive principátus sive *po*tes**tá**tes:
ómnia per ipsum et in ipso creá*ta* sunt, †
et ipse est ante **om**nes, *
et ómnia in *i*pso **con**stant.
Et ipse est caput córporis Eccl*é*siæ, †
qui est princípium, primogénitus ex **mór**tuis, *
ut sit in ómnibus ipse pri*má*tum **te**nens;
quia in ipso complácuit omnem plenitúdinem inhabi**tá**re, *
et per eum reconciliáre ómni*a* in **i**psum,
pacíficans per sánguinem crucis **e**ius *
sive quæ in terris sive *quæ* in **cæ**lis sunt.

LECTIO BREVIS

Estóte factóres verbi et non auditóres tantum, falléntes vosmetípsos. † Qui autem perspéxerit in legem perféctam libertátis et permánserit in ea, non audítor obliviósus factus, sed factor óperis: hic beátus in facto suo erit.

RESPONSORIUM BREVE AG 161












Ad Magnificat (p. 1454), ant. AG 359 (cf. OCO 412)







PRECES

In ómnibus nomen Dómini glorificétur, qui pópulum electiónis suæ infiníto amóre proséquitur. † Ad eum ergo hæc nostra orátio ascéndat: *Caritátem tuam, Dómine, demónstra.*
Recordáre, Dómine, Ecclésiæ tuæ,
— ut eam serves ab omni malo et in dilectióne tua perfícias.
Fac ut gentes agnóscant te solum esse Deum,
— et Iesum Christum Fílium tuum, quem misísti.
Próspera cuncta nostris concéde propínquis,
— tribue illis benedictiónem et vitam usque in sæculum.
Affer solácium ópere et labóre onerátis,
— dignitátem víndica despectórum.
Exútis hódie córpore misericórdiæ tuæ portæ patéscant,
— eos in regnum tuum placátus admítte.
Pater noster *in tono simplice. Oratio Dominicæ de Proprio Tempore vel de Liturgia Horarum.*

# FERIA V HEBDOMADÆ III

## Ad Invitatorium

Ant. (Ps. t. 6a, p. 1379) AJ 1: 65, cf. Poissy MS, fo. $63^{r}$ (cf. LHR 180)






*Ps.* Ve-ní- te.

HYMNUS cf. AG 166







2. Tandem facéssat cǽcitas,
quæ nosmet in præceps diu
lapsos sinístris gréssibus
erróre traxit dévio.

3. Hæc lux serénum cónferat
purósque nos præstet sibi;
nihil loquámur súbdolum,
volvámus obscúrum nihil.

4. Sic tota decúrrat dies,
ne lingua mendax, ne manus
*ocul*íve peccent lúbrici,
ne noxa corpus ínquinet.

5. *Specu*látor astat désuper,
qui nos diébus ómnibus
actúsque nostros próspicit
a luce prim*a* in vésperum.

6. Deo Patri sit glória
eiúsque soli Fílio
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sǽcula. Amen.



## Ad Officium lectionum

PSALMODIA

Ant. 1 Poissy MS fo. $15^{v}$, cf. AJ 1: *130 (OCO vacat)










Psalmus 88: 39–53, IV

[Tu vero reppulísti et reiecísti, *
irátus es contra christum tuum;]
evertísti testaméntum servi **tu**i, *
profanásti in terram diadé*ma* **e**ius.
Destruxísti omnes muros **e**ius, *
posuísti munitiónes eius in *ru***í**nas.
Diripuérunt eum omnes transeúntes **vi**am, *
factus est oppróbrium vicí*nis* suis.
Exaltásti déxteram depriméntium **e**um, *
lætificásti omnes inimí*cos* **e**ius.
Avertísti áciem gládii **e**ius, *
et non es auxiliátus ei *in* **bel**lo.
Finem posuísti splendóri **e**ius, *
et sedem eius in terram col*li***sí**sti.
Minorásti dies iuventútis **e**ius, *
perfudísti eum confu*si***ó**ne.

Ant. 2 Poissy MS, fo. 65r; cf. AJ 1: 67 (cf. OCO 418)



Bene-díctus Dómi- nus in æ-térnum. *Ps.* Usquequo, Dó-



mine, abscon**dé**ris in **fi-** nem, * exardéscet sicut ignis *i*-ra **tu-** a?

V

[Usquequo, Dómine, abscondéris in finem, *
exardéscet sicut ignis ira tua?]
Memoráre quam brevis **me**a sub**stán**tia. *
Ad quam vanitátem creásti omnes fí*li*os **hó**minum?
Quis est homo qui vivet et non vi**dé**bit **mor**tem, *
éruet ánimam suam de *ma*nu **ín**feri?
Ubi sunt misericórdiæ tuæ an**tí**quæ, **Dó**mine, *
sicut iurásti David in veri*tá*te **tu**a?
Memor esto, Dómine, oppróbrii ser**vó**rum tu**ó**rum, *
quod contínui in sinu meo, mul*tá*rum **gén**tium,
quo exprobravérunt inimíci **tu**i, **Dó**mine, *
quo exprobravérunt vestígia **chri**sti **tu**i.
Benedíctus Dóminus in ætérnum. *
*Fi*at, **fi**at.

Ant. 3 PM 197 (OCO 418)



Convérte- re, Dó-mi- ne, et depre-cá-bi- lis e-sto



su-per servos tu- os. *Ps.* Dómine, refúgium **fa**ctus es **no-** bis * a





generatióne in gene*ra*-ti- **ó-** nem. [flex]

Psalmus 89

[Dómine, refúgium factus es nobis *
a generatióne in generatiónem.]
Priúsquam montes nascerén*tur* †
aut gignerétur **ter**ra et **or**bis, *
a sǽculo et usque in sǽculum *tu* es **De**us.
Redúcis hómi**nem** in **púl**verem; *
et dixísti: « Revertímini, fí*li*i **hó**minum ».
Quóniam mille anni ante óculos tuos
tamquam dies hestérna **quæ** præ**té**riit, *
et custódi*a* in **no**cte.
Perfúndis **e**os **som**no, *
erunt mane sicut her*ba* suc**cré**scens:
mane **flo**ret et **cre**scit, *
vespere décidit *et* a**ré**scit.
Quia defécimus in **i**ra **tu**a, *
et in furóre tuo tur*bá*ti **su**mus.
Posuísti iniquitátes nostras in con**spé**ctu **tu**o, *
occúlta nostra in illuminatióne *vul*tus **tu**i.
Quóniam omnes dies nostri evanuérunt in **i**ra **tu**a, *
consumpsimus ut suspírium *an*nos **no**stros.
Dies annórum nostrórum sunt septua**gín**ta **an**ni, *
aut in valéntibus octo*gín*ta **an**ni,
et maior pars eórum **la**bor et **do**lor, *
quóniam cito tránseunt, et *a*vo**lá**mus.
Quis novit potestátem **i**ræ **tu**æ, *
et secúndum timórem tuum indignati*ó*nem **tu**am?
Dinumeráre dies **no**stros sic **do**ce nos, *
ut inducámus cor ad *sa*pi**én**tiam.
Convértere, **Dó**mine, **ús**quequo? *
Et deprecábilis esto super *ser*vos **tu**os.
Reple nos mane miseri**cór**dia **tu**a, *
et exsultábimus et delectábimur ómnibus di*é*bus **no**stris.

Lætífica nos pro diébus quibus nos hu**mi**li**á**sti, *
pro annis quibus ví*di*mus **ma**la.
Appáreat servis tuis **o**pus **tu**um, *
et decor tuus fíli*is* e**ó**rum.
Et sit splendor Dómini Dei nostri super *nos,* †
et ópera mánuum nostrárum con**fír**ma **su**per nos, *
et opus mánuum nostrá*rum* con**fír**ma.

℣. Dómine, apud te est fons vitæ.
℟. Et in lúmine tuo vidébimus lumen.

*Responsoria prolixa ut in Feria V Hebdomadæ I.*

### Ad Laudes matutinas

PSALMODIA

Ant. 1 AJ 1: 67, Poissy MS, fo. 65[r] (OCO 418)

I c

Fundaménta e-ius in mónti-bus sanctis *Ps.* dí-ligit Dó-

minus **por-**tas **Si-** on * super omnia tabernác*u*-la **Ia-** cob. [flex]

Psalmus 86

[Fundaménta eius in móntibus sanctis; †
† díligit Dóminus portas Sion *
super omnia tabernácula Iacob.]
Glorióa **di**cta sunt **de** te, *
cí*vi*tas **De**i.
Memor ero Rahab et Babylónis inter sciéntes *me;* †
ecce Philistǽa et Tyrus **cum** Æthi**ó**pia, *
hi na*ti* sunt **il**lic.
Et de Sion dicétur: « Hic et ille natus **est** in **e**a, *
et ipse firmávit e*am* Al**tís**simus ».
Dóminus réferet in librum **po**pu**ló**rum: *
« Hi na*ti* sunt **il**lic ».



Et cantant sicut **cho**ros du**cén**tes: *
« Omnes fontes *me*i **in** te ».

Ant. 2 cf. PM 48 (OCO = * )

VI

Ecce vé- ni- o ci- to et merces me- a mecum

est, di-cit Dómi-nus. *C.* Ecce Dóminus Deus in forti**tú**dine **vé-**

ni- et, * et brácchium eius *do*mi**ná**bitur. [flex]

Canticum Is 40: 10–17

[Ecce Dóminus Deus in fortitúdine véniet, *
et brácchium eius dominábitur:]
ecce merces **e**ius cum **e**o, *
et opus illíus *co*ram **il**lo.
Sicut pastor gregem suum pa*scet,* †
in brácchio suo congregábit agnos et in sinu **su**o le**vá**bit; *
fetas i*pse* por**tá**bit.
Quis mensus est pu**gíl**lo **a**quas, *
et cælos palmo *pon*de**rá**vit?
quis appéndit tribus dígitis **mo**lem **ter**ræ, *
et librávit in póndere montes et colles *in* sta**té**ra?
quis adiúvit **spí**ritum **Dó**mini? *
aut quis consiliárius eius fuit et o*stén*dit **il**li?
cum quo íniit consílium et in**strú**xit **e**um, *
et dócuit eum sémit*am* iu**stí**tiæ,
et erudívit **e**um sci**én**tiam, *
et viam prudéntiæ o*stén*dit **il**li?
Ecce gentes quasi stilla sí*tu*læ, †
et quasi moméntum statéræ **re**pu**tá**tæ sunt; *
ecce ínsulæ quasi pul*vis* ex**í**guus.

Et Líbanus non suffíciet **ad** succen**dén**dum, *
 et animália eius non suffícient ad *ho*lo**cáu**stum.
Omnes gentes quasi non sint, sic sunt **co**ram **e**o; *
 et quasi níhilum et ináne, reput*átæ* sunt **e**i.

Ant. 3 AG 238 (cf. OCO 418)




Psalmus 98

[Dóminus regnávit, commoveántur pópuli; *
 sedet super chérubim, moveátur terra.]
Dóminus in **Si**on **ma**gnus, *
 et excélsus super *om*nes **pó**pulos.
Confiteántur nómini tuo magno **et** ter**rí**bili, *
 quó*ni*am **san**ctum est.
Rex potens iudícium dí*li*git; †
 tu statu**í**sti quæ **re**cta sunt, *
 iudícium et iustítiam in Iacob *tu* fe**cí**sti.
Exaltáte Dóminum Deum no*strum*, †
 et adoráte ad scabéllum **pe**dum **e**ius, *
 quó*ni*am **sanc**tus est.
Móyses et Aaron in sacer**dó**tibus **e**ius *
 et Sámuel inter eos qui ínvocant *no*men **e**ius.
Invocábant Dóminum, et ipse exaudi**é**bat **e**os, *
 in colúmna nubis loquebá*tur* ad **e**os.
Custodiébant testi**mó**nia **e**ius *
 et præcéptum quod *de*dit **il**lis.



Dómine Deus noster, tu exaudiébas e*os;* †
 Deus, tu propítius fu**í**sti **e**is, *
 ulcíscens autem adinventi*ó*nes e**ó**rum.
Exaltáte Dóminum Deum no*strum*, †
 et adoráte ad montem **san**ctum **e**ius, *
 quóniam sanctus Dóminus *De*us **no**ster.

LECTIO BREVIS

Hæc dicit Dóminus: Cælum sedes mea, terra autem scabéllum pedum meórum. † Quæ est ista domus, quam ædificábitis mihi, et quis est iste locus quiétis meæ? Omnia hæc manus mea fecit, † et facta sunt univérsa ista, dicit Dóminus. Ad quem autem respíciam, † nisi ad paupérculum et contrítum spíritu, et treméntem sermónes meos?

RESPONSORIUM BREVE cf. AG 38




Ad Benedictus, ant. (p. 1418) AG 219 (cf. OCO 412)









PRECES

Grátias agámus Christo, qui lumen huius diéi nobis concédit, † et ad eum clamémus: *Bénedic et santífica nos, Dómine.*
Qui te pro peccátis nostris hóstiam obtulísti,
— incépta et propósita suscípias hodiérna.
Qui óculos nostros lucis dono lætíficas novæ,
— lúcifer oriáris in córdibus nostris.
Tríbue hódie nos esse ómnibus longánimes,
— ut imitatóres tui fíeri possímus.
Audítum, Dómine, fac nobis mane misericórdiam tuam.
— Sit hódie gáudium tuum fortitúdo nostra.
Pater noster *in tono simplici. Oratio de Proprio temporis vel de Liturgia Horarum.*

## Ad Horam mediam

PSALMODIA

Ant. 1 PM 272 (OCO 418)







Psalmus 118: 113–120 (Samech)



[Dúplices corde ódio hábui, *
et legem tuam diléxi.]
Tegmen et scutum **me**um **es** tu, *
et in verbum tuum su*per*spe**rá**vi.
Declináte a **me**, ma**lí**gni, *
et servábo præcépta *De*i **me**i.
Súscipe me secúndum elóquium **tu**um, et **vi**vam; *
et non confúndas me ab exspectati*ó*ne **me**a.
Susténta me et **sal**vus **e**ro, *
et delectábor in iustificatiónibus *tu*is **sem**per.
Sprevísti omnes discedéntes a iustificati**ó**nibus **tu**is, *
quia mendácium cogitá*ti*o e**ó**rum.
Quasi scóriam delésti omnes pecca**tó**res **ter**ræ; *
ídeo diléxi testimó*ni*a **tu**a.
Hórruit a timóre tuo **ca**ro **me**a; *
a iudíciis enim *tu*is **tí**mui.

Ant. 2 Poissy MS, fo. 63v; cf. AJ 1: 66 (cf. OCO 418)










Psalmus 78: 1–5, 8–11, 13

[Deus, venérunt gentes in hereditátem tuam, †
polluérunt templum sanctum tuum, *
posuérunt Ierúsalem in ruínas.]
Dedérunt morticína servórum tuórum escas volatílibus **cæ**li, *
carnes sanctórum tuórum bé*sti*is **ter**ræ.
Effudérunt sánguinem eórum

tamquam aquam in circúitu Ie**rú**salem, *
et non erat qui *se*pe**lí**ret.
Facti sumus oppróbrium vicínis **no**stris, *
subsannátio et illúsio his qui in circú*i*tu **no**stro sunt.
Usquequo, Dó*mi*ne? †
Irascéris in **fi**nem? *
Accendétur velut ignis *ze*lus **tu**us?
Ne memíneris iniquitátum patrum nostró*rum,* †
cito antícipent nos misericórdiæ **tu**æ, *
quia páuperes facti *su*mus **ni**mis.
Adiuva nos, Deus salutáris **no**stri, *
propter glóriam nóminis tui, et *lí*be**ra** nos;
et propítius esto peccátis **no**stris *
propter *no*men **tu**um.
Quare dicent in géntibus: « Ubi est Deus eó*rum*?». †
Innotéscat in natiónibus coram óculis **no**stris *
últio sánguinis servórum tuórum *qui* ef**fú**sus est.
Intróeat in conspéctu tuo gémitus compeditó*rum;* †
secúndum magnitúdinem brácchii **tu**i *
supérstites relínque fí*li*os **mor**tis.
Nos autem pópulus tuus et oves páscuæ **tu**æ, *
confitébimur ti*bi* in **s**æculum;
in generatiónem et generati**ó**nem *
annuntiábimus *lau*dem **tu**am.

Ant. 3 AG 251 (cf. OCO 418)






*Ps.* Qui pascis Isra- **ël**, in**tén**de, * qui dedúcis velut *o*vem **Io-** seph.

Psalmus 79

[Qui pascis, Israël, inténde, *
qui dedúcis velut ovem Ioseph.]
Qui sedes super chéru**bim**, ef**fúl**ge *



coram Ephraim, Béniamin *et* Ma**nás**se.
Excita poténtiam **tu**am, et **ve**ni, *
ut salvos *fá*ci**as** nos.
**De**us, con**vér**te nos, *
illústra fáciem tuam, et *sal*vi **é**rimus.
Dómine **De**us vir**tú**tum, *
quousque irascéris super oratiónem pó*pu*li **tu**i?
Cibásti nos pane **la**cri**má**rum, *
et potum dedísti nobis in lácrimis *co*pi**ó**se.
Posuísti nos in contradictiónem vi**cí**nis **no**stris, *
et inimíci nostri sub*san*na**vé**runt nos.
Deus vir**tú**tum, con**vér**te nos, *
illústra fáciem tuam, et *sal*vi **é**rimus.
Víneam de Ægýpto **tran**stu**lí**sti, *
eiecísti gentes, et plan*tá*sti **e**am.
Purgásti locum in con**spé**ctu **e**ius, *
plantásti radíces eius, et im*plé*vit **ter**ram.
Opérti sunt montes **um**bra **e**ius, *
et ramis eius *ce*dri **De**i;
exténdit pálmites suos **us**que ad **ma**re, *
et usque ad Flumen propá*gi*nes **su**as.
Ut quid destruxísti ma**cé**riam **e**ius, *
et vindémiant eam omnes qui prætergredi*ún*tur **vi**am?
Extermínávit eam **a**per de **si**lva, *
et singuláris ferus depá*stus* est **e**am.
Deus vir**tú**tum, con**vér**tere; *
respice de cælo et vide, et vísita ví*ne*am **i**stam.
Et prótege eam quam plantávit **déx**tera **tu**a, *
et super fílium hóminis quem confir*má*sti **ti**bi.
Incénsa est igni **et** suf**fós**sa; *
ab inerepatióne vultus tu*i* pe**rí**bunt.
Fiat manus tua super virum **déx**teræ **tu**æ, *
super fílium hóminis quem confir*má*sti **ti**bi.
Et non discedémus a te, vi**vi**fi**cá**bis nos, *
et iiomen tuum *in*vo**cá**bimus.
Dómine Deus vir**tú**tum, con**vér**te nos, *
et illústra fáciem tuam, et *sal*vi **é**rimus.

## Ad Tertiam

LECTIO BREVIS

In ómnibus magnificásti pópulum tuum, Dómine, † et honorásti et non despexísti: in omni témpore et omni loco assístens eis.

℣. Tu es Deus qui facis mirabília.
℟. Notam fecísti in pópulis virtútem tuam.

*Orationes ut ad Hebdomadæ I Horas medias.*

**Ad Sextam**

LECTIO BREVIS

Quæ est enim ália nátio tam grandis, † quæ hábeat deos appropinquántes sibi: sicut Dóminus Deus noster adest cunctis obsecratiónibus nostris?

℣. Prope est Dóminus ómnibus invocántibus eum.
℟. Et deprecatiónem eórum exáudiet.

**Ad Nonam**

LECTIO BREVIS

Gens Israël, sunt illi, qui clamavérunt ad Dóminum; † et salvum fecit Dóminus pópulum suum liberavítque nos de ómnibus malis: et fecit signa magna atque porténta, quæ non sunt facta inter gentes.

℣. Confitébor tibi, Dómine, quóniam exaudísti me.
℟. Et factus es mihi in salútem.

**Ad Vesperas**

HYMNUS cf. AG 166






2. Demérsa lymphis ímprimens,
subvecta cælis írrogans,
ut, stirpe una pródita,
divérsa répleant loca:

3. Largíre cunctis sérvulis,
quos mundat unda sánguinis,
nescíre lapsus críminum,
nec ferre mortis tædium,

4. Ut culpa nullum déprimat,
nullum levet iactántia,
elísa mens ne cóncidat,
eláta mens ne córruat.

5. Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sǽculum. Amen.

PSALMODIA

Ant. 1 AJ 1: 122 (cf. OCO 418)




Psalmus 131

[Meménto, Dó*mi*ne, **Da**vid *
   et omnis mansue*tú*dinis **e**ius.]
Quia iu*rá*vit **Dó**mino, *
   votum vovit *Po*ténti **Ia**cob:
« Non introíbo in tabernáculum *do*mus **me**æ, *
   non ascéndam in lec*tum* stráti **me**i;
non dabo somnum ó*cu*lis **me**is *
   et pálpebris meis dor*mi*tati**ó**nem,
donec invéniam *lo*cum **Dó**mino, *
   tabernáculum *Po*ténti **Ia**cob ».
Ecce audívimus eam es*se* in **Eph**rata, *
   invénimus *e*am in **cam**pis Iaar.
Ingrediámur in taberná*cu*lum **e**ius, *
   adorémus ad scabél*lum* pedum **e**ius.
Surge, Dómine, in ré*qui*em **tu**am, *
   tu et arca forti*tú*dinis **tu**æ.

Sacerdótes tui induán*tur* iu**stí**tiam, *
    et sancti *tu*i ex**súl**tent.
Propter David *ser*vum **tu**um *
    non avértas fáci*em* christi **tu**i.

Ant. 2 AG 212 (cf. OCO 418)




II

[Iurávit **Dó**minus **Da**vid, *
    veritas est, et non recé*det* ab **e**a:]
« De fructu **ven**tris **tu**i *
    ponam super *se*dem **tu**am.
Si custodíerint fílii tui testa**mén**tum **me**um, *
    et testimónia mea quæ do*cé*bo **e**os,
fílii eórum **us**que in **sǽ**culum *
    sedébunt super *se*dem **tu**am ».
Quóniam elégit **Dó**minus **Si**on, *
    desiderávit eam in habitati*ó*nem **si**bi:
« Hæc requies mea in **sǽ**culum **sǽ**culi; *
    hic habitábo, quóniam desider*á*vi **e**am.
Cibária eius benedícens **be**ne**dí**cam, *
    páuperes eius satu*rá*bo **pá**nibus.
Sacerdótes eius índuam **salu**tá**ri, *
    et sancti eius exsultatióne *ex*sul**tá**bunt.
Illic germináre fáciam **cor**nu **Da**vid, *
    parábo lucérnam *chris*to **me**o.
Inimícos eius índuam con**fu**sió**ne, *



    super ipsum autem efflorébit dia*dé*ma **e**ius ».

Ant. 3 AG 998 (cf. OCO 412)




Canticum cf. Ap 11, 12

[Grátias **á**gimus **ti**bi, *
    Dómine De*us* om**ní**potens,]
qui es et qui eras et **qui** ven**tú**rus es; *
    quia accepísti virtútem tuam magnam *et* re**gná**sti.
Et i**rá**tæ sunt **gen**tes, *
    et advénit ira tua et tempus mortuórum *iu*di**cá**ri,
et réddere mercédem servis tuis, pro**phé**tis et **sanc**tis, *
    et timéntibus nomen tuum, pusíl*lis* et **ma**gnis.
Nunc facta est salus et virtus et regnum **Dei nos**tri *
    et potéstas *Chris*ti **e**ius,
quia proiéctus est accusátor **fra**trum no**stró**rum, *
    qui accusábat illos ante conspéctum Dei nostri
        di*e* ac **noc**te;
et ipsi vicérunt eum propter **sán**guinem **A**gni *
    et propter verbum testimó*ni*i **su**i;
et non dilexérunt **á**nimas **su**as *
    us*que* ad **mor**tem.
Proptérea læ**tá**mini, **cæ**li, *
    et qui habitá*tis* in **e**is.

LECTIO BREVIS

Exultábitis, módicum nunc si opórtet contristári in váriis tentatiónibus: ut probátio fidei vestræ, multo pretiósior auro (quod per ignem probátur), inveniátur in laudem et glóriam et honórem, in revelatióne Iesu Christi.† Quem cum vidéritis, dilígitis, in quem nunc quoque non vidéntes créditis: credéntes autem exsultábitis lætítia inenarrábili et glorificáta, reportántes finem fídei vestræ, salútem animárum.

RESPONSORIUM BREVE cf. AG 52




Ad Magnificat (p. 1454), ant. AG 213 (cf. OCO 412)






minum.

PRECES

Laudémus Deum auxílii nostri, in quo nostra spes tota résidet, † eúmque invocémus devóte clamántes:
*Réspice fílios tuos, Dómine.*

Dómine Deus noster, qui cum pópulo tuo fœdus ætérnum pepigísti,
— fac ut semper tua magnália recolámus.

Univérsum órdinem sacerdotálem in tua pérfice caritáte,
— et fidéles tuos in unitáte spíritus per vínculum pacis semper consérva.

Civitátem terrénam fac ut semper tecum exstruámus,
— ne forte in vanum labórent, qui ædíficant eum.

Mitte operários in messem tuam,
— ut magnificétur nomen tuum in géntibus.

Propínquos et benefactóres defúnctos sanctis tuis accénse,
— et nos beátis aliquándo consócia.

Pater noster *in tono simplice. Oratio Dominicæ de Proprio Tempore vel de Liturgia Horarum.*

## FERIA VI HEBDOMADÆ III

### Ad Invitatorium

Ant. (Ps. t. 6a, p. 1379) AJ 1: 68, cf. Poissy MS, fo. 66v (cf. LHR 180)







HYMNUS cf. AG 166







2. Da déxteram surgéntibus,
exsúrgat et mens sóbria
flagrans et in laudem Dei
grates repéndat débitas.

3. Ortus refúlget lúcifer
ipsámque lucem núntiat,
cadit calígo nóctium,
lux sancta nos illúminet,

4. Manénsque nostris sénsibus
noctem repéllat sǽculi
omníque fine témporis
purgáta servet péctora.

5. Quæsíta iam primum fides
radícet altis sénsibus,
secúnda spes congáudeat;
tunc maior exstat cáritas.

6. Sit Christe, rex piíssime,
tibi Patríque glória
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sǽcula. Amen.



### Ad Officium lectionum

PSALMODIA

Ant. 1 AN 57 (OCO vacat)













Psalmus 68: 2–22, 30–37

[Salvum me fac, Deus, *
quóniam venérunt aquæ usque ad guttur meum.
† Infíxus sum in limo profúndi, et non est substántia; *
veni in profúnda aquárum, et fluctus demérsit me.]
Laborávi clamans, raucæ factæ sunt fauces **me**æ; *
defecérunt óculi mei, dum spero in *De*um **me**um.
Multiplicáti sunt super capíllos cápitis **me**i, *
qui odé*runt* me **gra**tis.
Confortáti sunt qui persecúti sunt me inimíci mei men**dá**ces, *
quæ non rápui, tunc *ex*sol**vé**bam.
Deus, tu scis insipiéntiam **me**am, *
et delícta mea a te non *sunt* ab**scón**dita.
Non erubéscant in me **qui** ex**spé**ctant te, *
Dómine, Dómi*ne* vir**tú**tum.

Non confundántur **su**per me, *
    qui quærunt te, *De*us **Is**raël.
Quóniam propter te sustínui op**pró**brium, *
    opéruit confúsio fá*ci*em **me**am;
extráneus factus sum frátribus **me**is, *
    et peregrínus fíliis *ma*tris **me**æ.
Quóniam zelus domus tuæ co**mé**dit me, *
    et oppróbria exprobrántium tibi ceci*dé*runt **su**per me.
Et flevi in ieiúnio ánimam **me**am, *
    et factum est in oppró*bri*um **mi**hi.
Et pósui vestiméntum **me**um ci**lí**cium, *
    et factus sum illis *in* pa**rá**bolam.
Advérsum me loquebántur qui sedébant in **por**ta, *
    et in me canébant qui bi*bé*bant **vi**num.

Ant. 2 AN 58 (OCO vacat)




Propter i-nimí-cos me- os é- ri- pe me, Dómi-ne. *Ps.* Ego



vero oratiónem meam **ad** te, **Dó**mine; * in témpore beneplá-*ci*-ti,



**De-** us. [flex]

II

[Ego vero oratiónem meam ad te, Dómine; *
    in témpore beneplácitì, Deus.]
In multitúdine misericórdiæ **tu**æ ex**áu**di me, *
    in veritáte sa*lú*tis **tu**æ.
Eripe me de luto, ut non infí*gar,* †
    erípiar ab iis **qui** o**dé**runt me, *
    et de profún*dis* a**quá**rum.
Non me demérgat fluctus aquá*rum,* †
    neque absórbeat **me** pro**fún**dum; *



    neque úrgeat super me púte*us* os **su**um.
Exáudi me, Dómine, quóniam benígna est miseri**cór**dia **tu**a; *
    secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum
        re*spi*ce **in** me.
Et ne avértas fáciem tuam a **pú**ero **tu**o, *
    quóniam tríbulor, velóci*ter* ex**áu**di me.
Accéde ad ánimam meam, **vín**dica **e**am, *
    propter inimícos meos *ré*di**me** me.
Tu scis op**pró**brium **me**um *
    et confusiónem meam et reverén*ti*am **me**am.
In conspéctu tuo sunt omnes qui **trí**bu**lant** me; *
    oppróbrium contrívit cor meum, *et* e**lán**gui.
Et sustínui qui simul contristarétur, **et** non **fu**it, *
    et qui consolarétur, et *non* in**vé**ni.
Et dedérunt in escam **me**am fel, *
    et in siti mea potavérunt *me* a**cé**to.

Ant. 3 PM 156 (OCO 418)




Quǽ-ri- te Dómi-num, et vi-vet á-nima vestra. *Ps.* Ego au-



tem sum pauper et **do-** lens; * salus tua, Deus, *sú*sci**pit** me. [flex]

III

[Ego autem sum pauper et dolens; *
    salus tua, Deus, súscipit me.]
Laudábo nomen Dei cum **cán**tico, *
    et magnificábo e*um* in **lau**de.
Et placébit Dómino super **tau**rum, *
    super vítulum córnua producén*tem* et **ún**gulas.
Vídeant húmiles et læ**tén**tur; *
    quǽrite Deum, et vi*vet* cor **ve**strum.
Quóniam exaudívit páuperes **Dó**minus, *
    et vinctos suos *non* de**spé**xit.
Laudent illum **cæ**li et **ter**ra, *

mária et ómnia reptíli*a* in **e**is.
Quóniam Deus salvam fáciet Si*on*, †
et ædificábit civitátes **Iu**da; *
et inhabitábunt ibi, et possi*dé*bunt **e**am.
Et semen servórum eius hereditábunt **e**am, *
et qui díligunt nomen eius habitá*bunt* in **e**a

℣. Dóminus vias suas docébit nos.
℟. Et ambulábimus in sémitis eius.

*Responsoria prolixa ut in Feria VI Hebdomadæ I.*

## Ad Laudes matutinas

PSALMODIA

Ant. 1 AG 220 (cf. OCO 418)




Psalmus 50

[Miserére mei, Deus, *
secúndum misericórdiam tuam;]
et secúndum multitúdinem miseratiónum tu**á**rum *
dele iniquí*tá*tem **me**am.
Amplius lava me ab iniquitáte **me**a, *
et a peccáto *me*o **mun**da me.
Quóniam iniquitátem meam ego co**gnó**sco, *
et peccátum meum contra *me* est **sem**per.
Tibi, tibi soli pec**cá**vi, *
et malum co*ram* te **fe**ci,
ut iustus inveniáris in senténtia **tu**a *
et æquus in iudí*ci*o **tu**o.
Ecce enim in iniquitáte gene**rá**tus sum, *



et in peccáto concépit me *ma*ter **me**a.
Ecce enim veritátem in corde dile**xí**sti, *
et in occúlto sapiéntiam manife*stá*sti **mi**hi.
Aspérges me hyssópo, et mun**dá**bor; *
lavábis me, et super nivem *de*al**bá**bor.
Audíre me fácies gáudium et læ**tí**tiam, *
et exsultábunt ossa quæ hu*mi*li**á**sti.
Avérte fáciem tuam a peccátis **me**is, *
et omnes iniquitátes *me*as **de**le.
Cor mundum crea in me, **De**us, *
et spíritum firmum ínnova in viscé*ri*bus **me**is.
Ne proícias me a fácie **tu**a, *
et spíritum sanctum tuum ne áu*fe*ras **a** me.
Redde mihi lætítiam salutáris **tu**i, *
et spíritu promptíssi*mo* con**fír**ma me.
Docébo iníquos vias **tu**as, *
et ímpii ad te *con*ver**tén**tur.
Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salútis **me**æ, *
et exsultábit lingua mea iustí*ti*am **tu**am.
Dómine, lábia mea a**pé**ries, *
et os meum annuntiábit *lau*dem **tu**am.
Non enim sacrifício delec**tá**ris, *
holocáustum, si ófferam, *non* pla**cé**bit.
Sacrifícium Deo spíritus contribu**lá**tus, *
cor contrítum et humiliátum, Deus, *non* de**spí**cies.
Benígne fac, Dómine, in bona voluntáte tua **Si**on, *
ut ædificéntur mu*ri* Ie**rú**salem.
Tunc acceptábis sacrifícium iustítiæ, oblatiónes et holo**cáu**sta; *
tunc impónent super altáre *tu*um **ví**tulos.

Ant. 2 AG 578 (cf. OCO 418)





me- is. *C.* Dedúcant óculi mei lácrimam per no*ctem* et **di-** em, *



et non **tá**ce- ant. [flex]

Canticum Ier 14: 17–21

[Dedúcant óculi mei lácrimam per noctem et diem, *
 et non táceant,]
quóniam contritióne magna contríta est virgo fília pó*pu*li **mei**, *
 plaga péssi*ma* vehe**mén**ter.
Si egréssus fúero ad agros, ecce oc*cí*si **glá**dio; *
 et si introíero in civitátem, ecce atte*nu*áti **fa**me;
prophéta quoque et sacérdos *ab*i**é**runt *
 in terram *quam* igno**rá**bant.
Numquid proíciens abie*cí*sti **Iu**dam, *
 aut Sion abomináta est *á*nima **tu**a?
quare ergo *per*cus**sí**sti nos, *
 ita ut *nul*la sit **sá**nitas?
Exspectávimus pacem, et *non* est **bo**num; *
 et tempus curatiónis, et *ec*ce tur**bá**tio.
Cognóvimus, Dómine, impietátes no*stras*, †
 iniquitátes pa*trum* no**stró**rum, *
 quia pec*cá*vimus **ti**bi.
Ne des nos in oppróbrium propter *no*men **tu**um, *
 neque fácias nobis contuméliain sólii *gló*riæ **tu**æ;
*re*cor**dá**re, *
 ne írritum fácias fœdus *tu*um no**bí**scum.

Ant. 3 AG 556 (cf. OCO 418)

VIII a



Su- á-vis est Dómi-nus, et in æ-térnum mi-se-ri-cór-di- a





e- ius. *Ps.* Iubiláte Dómino, omnis **ter-**ra, * servíte Dómino *in*



læ**tí-**ti- a. [flex]

Psalmus 99

[Iubiláte Dómino, omnis terra, *
 servíte Dómino in lætítia;]
introíte in conspéctu **e**ius *
 in exsul*ta*ti**ó**ne.
Scitóte quóniam Dóminus ipse est De*us;* †
 ipse fecit nos, et ipsíus **su**mus, *
 pópulus eius et oves pás*cu*æ **e**ius.
Introíte portas eius in confessió*ne*, †
 átria eius in **hym**nis, *
 confitémini illi, benedícite nó*mi*ni **e**ius.
Quóniam suávis est Dó*mi*nus; †
 in ætérnum misericórdia **e**ius, *
 et usque in generatiónem et generatiónem vé*ri*tas **e**ius.

— et bene ágere, ut per vitam étiam nostram te laudémus.
Quæ frátribus nostris sunt utília, nos quǽrere concéde,
— ut salútem facílius consequántur.
Pater noster *in tono simplici. Oratio de Proprio temporis, vel de*

*Liturgia Horarum.*

## Ad Horam mediam

PSALMODIA

Ant. 1 AJ 1: 99, cf. Poissy MS, fo. 59$^{v}$ (cf. OCO 419)

VIII b



Aspi-ce in me, Do-mi- ne, et mi- se- re- re me- i.



*Ps.* Mirabília testimónia **tu-** a, * ídeo servávit ea á*ni*ma **me-** a.

Psalmus 118: 129–136 (Pe)

[Mirabília testimónia tua, *
 ídeo servávit ea ánima mea.]
Declarátio sermónum tuórum il**lú**minat, *
 et intellé*ctum* dat **pár**vulis.
Os meum apérui et attráxi **spí**ritum, *
 quia præcépta tua de*si*de**rá**bam.
Convértere in me et miserére **mei** *
 secúndum iudícium tuum cum diligentibus *no*men **tu**um.
Gressus meos dírige secúndum elóquium **tu**um, *
 et non dominétur mei om*nis* **iní**quitas.
Rédime me a calúmniis **hó**minum, *
 ut custódiam man*dá*ta **tu**a.
Fáciem tuam illúmina super servum **tu**um, *
 et doce me iustificati*ó*nes **tu**as.
Rívulos aquárum deduxérunt óculi **me**i, *
 quia non custodiérunt *le*gem **tu**am.

Ant. 2 AM 542 (OCO 419)

VIII a



No- lí- te iu- di-cá-re, ut non iu-di- cémi-ni: in quo





e-nim iu-dí-ci- o iu-di-cavé-ri- tis, iu- di-ca-bími-ni, di-cit



Dómi-nus. *Ps.* De- us stetit in concílio di**ví-** no, * in médio de- *ó-*



rum **iú**di-cat.

Psalmus 82

[Deus stetit in concílio divíno, *
 in médio deórum iúdicat.]
« Usquequo iudicábitis i**ní**que, *
 et fácies peccató*rum* su**mé**tis?
Iudicáte egéno et pu**píl**lo, *
 húmilem et páuperem iu*sti*fi**cá**te.
Erípite **páu**perem, *
 et egénum de manu peccatóris *li*be**rá**te ».
Nesciérunt neque intellexérunt, in ténebris **ám**bulant; *
 movebúntur ómnia funda*mén*ta **ter**ræ.
Ego dixi: « Dii **e**stis, *
 et fílii Ex*cél*si **om**nes ».
Vos autem sicut hómines mori**é**mini, *
 et sicut unus de princípi*bus* ca**dé**tis.
Surge, Deus, iúdica **ter**ram, *
 quoniam tu hereditábis in óm*ni*bus **gén**tibus.

Ant. 3 CAO 1824: DK-Kk 3449, f. 30$^{r}$ (OCO 419 = PM 285)

IV a



Clamá-vi, et ex-audí-vit me. *Ps.* Ad Dóminum cum




Psalmus 119

[Ad Dóminum cum tribulárer clamávi, *
 et exaudívit me.]
Dómine, líbera ánimam meam a lábi*is* men**dá**cii, *
 a *lin*gua do**ló**sa.
Quid detur tibi, aut quid appo*ná*tur **ti**bi, *
 *lin*gua do**ló**sa?
Sagíttæ potén*tis* a**cú**tæ *
 cum carbónibus *iu*nipe**ró**rum.
Heu mihi, quia peregrinátus *sum* in **Mo**soch; *
 habitávi ad taber*ná*cula **Ce**dar;
multum íncola fuit á*ni*ma **me**a *
 cum his qui *o*dérunt **pa**cem.
Ego e*ram* pa**cí**ficus; *
 cum loquébar, il*li* impu**gná**bant me.

## Ad Tertiam

LECTIO BREVIS

Eritis mihi sancti, † quia sanctus sum ego Dóminus et separávi vos a céteris pópulis: ut essétis mei.

℣. Beáta gens, cuius Dóminus est Deus.
℟. Pópulus quem elégit in hereditátem sibi.

*Orationes ut ad Hebdomadæ I Horas medias.*

## Ad Sextam

LECTIO BREVIS

Tu, Deus noster, suávis et verus es, pátiens et in misericórdia dispónens ómnia. † Nosse te consummáta iustítia est: et scire virtútem tuam radix est immortalitátis.



℣. Tu, Dómine, Deus miserátor et misericors.
℟. Pátiens, et multæ misericórdiæ et veritátis.

## Ad Nonam

LECTIO BREVIS

Confídite, fílii, clamáte ad Deum, et erípiet vos de dominatióne, de manu inimicórum. † Ego enim sperávi ab Ætérno salútem vestram: et venit mihi gáudium a Sancto, super misericórdia, quæ véniet vobis cito ab Ætérno, salutári vestro.

℣. Reminíscere miseratiónum tuárum, Dómine.
℟. Et misericordiárum tuárum quæ a sæculo sunt.

## Ad Vesperas

HYMNUS cf. AG 140




2. Ecce transáctus labor est diéi,
teque nos tuti sumus adnuénte;
en tibi grates ágimus libéntes
 tempus in omne.

3. Solis abscéssus ténebras redúxit:
ille sol nobis rádiet corúscus
luce qui fulva fovet angelórum
 ágmina sancta.

4. Quas dies culpas hodiérna texit,
Christus deléto pius atque mitis,
pectus et puro rútilet nitóre
    témpore noctis.

5. Laus tibi Patri, decus atque Nato,
Flámini Sancto párilis potéstas,
cuncta qui sceptro régitis suprémo
    omne per ævum. Amen.

Psalmodia

Ant. 1 AG 232 (cf. OCO 419)

III b



Confi-témi-ni Dómi-no, quóni- am in æ-térnum mi-se-



ri-córdi- a e-ius. *Ps.* Confitémini Dómino, **quó**ni- am **bo**-nus, *



quóniam in ætérnum misericór*di*- a **e-** ius.

Psalmus 135, I

[Confitémini Dómino, **quó**niam **bo**nus, *
    quóniam in ætérnum misericór*di*a **e**ius.]
Confitémini **De**o de**ó**rum, *
    quóniam in ætérnum misericór*di*a **e**ius.
Confitémini Dómino **domi**n**ó**rum, *
    quóniam in ætérnum misericór*di*a **e**ius.
Qui facit mirabília **ma**gna **so**lus, *
    quóniam in ætérnum misericór*di*a **e**ius.
Qui fecit cælos in **in**tel**léc**tu, *
    quóniam in ætérnum misericór*di*a **e**ius.
Qui expándit terram **su**per **a**quas, *



    quóniam in ætérnum misericór*di*a **e**ius.
Qui fecit lumi**ná**ria **ma**gna, *
    quóniam in ætérnum misericór*di*a **e**ius;
solem, ut præ**és**set di**é**i, *
    quóniam in ætérnum misericór*di*a **e**ius;
lunam et stellas, ut præ**és**sent **noc**ti, *
    quóniam in ætérnum misericór*di*a **e**ius.

Ant. 2 AG 233 (cf. OCO 419)

III b



Confi-témi-ni Dómi- no, qui- a in humi- li-tá-te no-



stra memor fu- it nostri. *Ps.* Qui percússit Ægýptum in primo-



géni-**tis** e- **ó-** rum, * quóniam in ætérnum misericór*di*- a **e-** ius.

II

[Qui percússit Ægýptum in primogéni**tis** e**ó**rum, *
    quóniam in ætérnum misericór*di*a **e**ius.]
Qui edúxit Israël de médi**o** e**ó**rum, *
    quóniam in ætérnum misericór*di*a **e**ius;
in manu poténti et brácchi**o** ex**tén**to, *
    quóniam in ætérnum misericór*di*a **e**ius.
Qui divísit mare Rubrum in di**vi**si**ó**nes, *
    quóniam in ætérnum misericór*di*a **e**ius
Et tradúxit Israël per **mé**dium **e**ius, *
    quóniam in ætérnum misericór*di*a **e**ius.
Et excússit Pharaónem et virtútem eius in **ma**ri **Ru**bro, *
    quóniam in ætérnum misericór*di*a **e**ius.
Qui tradúxit pópulum suum **per** de**sér**tum, *
    quóniam in ætérnum misericór*di*a **e**ius.

Qui percússit **re**ges **ma**gnos, *
quóniam in ætérnum misericór*di*a **e**ius;
et occídit **re**ges po**tén**tes, *
quóniam in ætérnum misericór*di*a **e**ius:
Sehon regem A**morr**hæ**ó**rum, *
quóniam in ætérnum misericór*di*a **e**ius;
et Og **re**gem **Ba**san, *
quóniam in ætérnum misericór*di*a **e**ius.
Et dedit terram eórum he**re**di**tá**tem, *
quóniam in ætérnum misericór*di*a **e**ius;
hereditátem Israël **ser**vo **su**o, *
quóniam in ætérnum misericór*di*a **e**ius.
Qui in humilitáte nostra memor **fu**it **nos**tri, *
quóniam in ætérnum misericór*di*a **e**ius;
et redémit nos ab ini**mí**cis **nos**tris, *
quóniam in ætérnum misericór*di*a **e**ius.
Qui dat escam **om**ni **car**ni, *
quóniam in ætérnum misericór*di*a **e**ius
Confitémini **De**o **cæ**li, *
quóniam in ætérnum misericór*di*a **e**ius.

Ant. 3 AG 854 (cf. OCO 411)




Be- á-ti qui lavant sto-las su-as in Sángui-ne Agni.



*C.* Benedíctus Deus et Pater Dómini nostri Iesu **Chri**- sti, * qui



benedíxit nos in omni benedictióne spiritáli in cæléstí-*bus* in



**Chri-** sto. [flex]



Canticum Eph 1: 3–10

[Benedíctus Deus et Pater Dómini nostri Iesu **Chri**sti, *
qui benedíxit nos in omni benedictióne spiritáli
in cælésti*bus* in **Chri**sto;]
sicut elégit nos in ipso ante mundi constitutió*nem*, †
ut essémus sancti et immacu**lá**ti *
in conspéctu eius in *ca*ri**tá**te,
qui prædestinávit nos in adoptiónem filió*rum* †
per Iesum Christum in **ip**sum, *
secúndum propósitum volun*tá*tis **su**æ,
in laudem glóriæ grátiæ **su**æ, *
in qua gratificávit nos in dilécto Fí*li*o **su**o,
in quo habémus redemptiónem per sánguinem **e**ius, *
remissiónem *pec*ca**tó**rum.
Secúndum divítias grátiæ e*ius*, †
quæ superabundávit in **no**bis *
in omni sapientia *et* pru**dén**tia;
ut notum fáceret nobis sacraméntum voluntátis **su**æ, *
secúndum beneplá*ci*tum **e**ius,
quod propósuit in **e**o, *
in dispensatióne plenitú*di*nis **tém**porum,
instauráre ómnia in **Chri**sto, *
quæ in cælis et *quæ* in **ter**ra sunt.

LECTIO BREVIS

Grátias ágimus Deo sine intermissióne, † quóniam cum acceptissétis a nobis verbum audítus Dei, accepístis illud non ut verbum hóminum: sed, sicut est vere, verbum Dei, qui operátur in vobis qui credidístis.

RESPONSORIUM BREVE cf. AG 52, 60, 151, 156,161




℟. Di-ri-gá-tur, Dómi-ne, * Ad te o- rá- ti- o me- a.



℣. Sicut incénsum in conspéctu tu- o. * Ad te o-rá- ti- o



me- a. Gló-ri- a . Di-ri-gá-tur

Ad Magnificat (p. 1425), ant. PM 316 (OCO 415)



Magní- fi-cet te semper á-nima me- a, De- us me- us.



*C.* Magní-fi-cat * á-nima me- a Dómi-num.

PRECES

Laudémus Christum, qui díligit Ecclésiam eámque nutrit et fovet. †
Eum fidénter rogámus clamántes:
*Adímple vota pópuli tui, Dómine.*
Dómine Iesu, fac ut omnes hómines salvi fiant,
— et ad agnitiónem véniant veritátis.
Custódi Papam nostrum *N.* et Epíscopum *N.*;
— adiutórium illis tuæ virtútis impénde.
Cónsule iis, qui iustum sibi opus exóptant,
— ut vitam læti tránsigant et secúri.
Fias, Dómine, refúgium páuperi,
— sis ei adiútor in tribulatióne.
Tibi commendámus quos, dum víverent, sacro ministério decorásti;
— in cælésti sede te célebrent sine fine.
Pater noster *in tono simplice. Oratio Dominicæ de Proprio Tempore vel de Liturgia Horarum.*



## FERIA III HEBDOMADÆ IV

### Ad Invitatorium

Ant. (Ps. t. 6a, p. 1379) cf. AJ 1: 60* (cf. LHR 179)



Re-gem magnum Dó-minum, vení- te ad- ó-remus. Ps. Ve-



ni- te.

HYMNUS cf. AG 166



1. Æ-térne lu-cis cóndi- tor, lux ipse to-tus et di- es,



no-ctem nec ul- lam sén-ti- ens na- tú- ra lu- cis pérpe- ti,

2. Iam cedit pallens próximo
diéi nox advéntui,
obtúndens lumen síderum
adest et clarus lúcifer.

3. Iam stratis læti súrgimus
grates canéntes et tuas
quod cæcam noctem vícerit
revéctans rursus sol diem.

4. Te nunc, ne carnis gáudia
blandis subrépant æstibus,
dolis ne cedat sæculi
mens nostra, sancte, quæsumus.

5. Ira ne rixas próvocet,
gulam ne venter íncitet,
opum pervértat ne famis,
turpis ne luxus óccupet,

6. Sed firma mente sóbrii,
casto manéntes córpore
totum fidéli spíritu
Christo ducámus hunc diem.

7. Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sæculum. Amen.

## Ad Officium lectionum

PSALMODIA

Ant. 1 AG 277 (cf. OCO 420)




Psalmus 101, I

[Dómine, exáudi oratiónem meam, *
et clamor meus ad te véniat.]
Non abscóndas fáciem tuam a *me*; †
in quacúmque die **trí**bulor, *
inclína ad me *au*rem **tu**am.
In quacúmque die invocáve**ro** te, *
velóci*ter* ex**áu**di me.
Quia defecérunt sicut fumus dies **me**i, *
et ossa mea sicut crémium *a*r**ué**runt.
Percússum est ut fenum, et áruit cor **me**um, *
étenim oblítus sum comédere *pa*nem **me**um.
A voce gémitus **me**i *
adhǽsit os meum *car*ni **me**æ.
Símilis factus sum pellicáno soli**tú**dinis, *
factus sum sicut nyctícorax *in* ru**í**nis.
Vigi**lá**vi, *
et factus sum sicut passer solitári*us* in **te**cto.
Tota die exprobrábant mihi inimíci **me**i, *
exardescéntes in me advérsum *me* iu**rá**bant.
Quia cínerem tamquam panem mandu**cá**bam, *



et potum meum cum fle*tu* mi**scé**bam,
a fácie iræ et increpatiónis **tu**æ, *
quia élevans *al*li**sí**sti me.
Dies mei sicut umbra declina**vé**runt, *
et ego sicut *fe*num **á**rui.

Ant. 2 Poissy MS, fo. 63v, cf. AJ 1: 66 (OCO vacat)




II

[Tu autem, Dómine, in ætérnum pérmanes, *
et memoriále tuum in generatiónem et generatiónem.]
Tu exsúrgens miseréberis Si*on*, †
quia tempus miseréndi **e**ius, *
quia *ve*nit **tem**pus.
Quóniam placuérunt servis tuis lápides **e**ius, *
et púlveris eius *mi*se**rén**tur.
Et timébunt gentes nomen tuum, **Dó**mine, *
et omnes reges terræ glór*i*am **tu**am;
quia ædificávit Dóminus **Si**on, *
et appáruit in glór*i*a **su**a.
Respéxit in oratiónem **in**opum, *
et non sprevit pre*cem* e**ó**rum.
Scribántur hæc pro generatióne **ál**tera, *
et pópulus qui creábitur, lau*dá*bit **Dó**minum.
Quia prospéxit de excélso sanctuário **su**o, *

Dóminus de cælo in terr*am* a**spé**xit;
ut audíret gémitus compedi**tó**rum, *
ut sólveret fí*li*os **mor**tis;
ut annúntient in Sion nomen **Dó**mini, *
et laudem eius *in* Ie**rú**salem;
in conveniéndo pópuli in **u**num, *
et regna, ut sér*vi*ant **Dó**mino.

Ant. 3 Poissy MS, fo. 65[r], cf. AJ 1: 67 (OCO vacat)



Tu so-lus al-tíssimus su-per omnem ter-ram. *Ps.* Humi-



liávit in via vir**tú-** tem **me-** am, * abbreviávit *di-* es **me-**os. [flex]

III

[Humiliávit in via virtútem meam, *
abbreviávit dies meos.]
Dicam: « Deus me*us*, †
ne áuferas me in dimídio di**é**rum me**ó**rum; *
in generatiónem et generatiónem sunt *an*ni **tu**i.
Inítio **ter**ram fun**dá**sti; *
et ópera mánuum tuá*rum* sunt **cæ**li.
Ipsi períbunt, tu autem pér*ma*nes; †
et omnes sicut vestiméntum **ve**te**rá**scent, *
et sicut opertórium mutábis eos, et *mu*ta**bún**tur.
Tu autem **i**dem **i**pse es, *
et anni tui *non* de**fí**cient.
Fílii servórum tuórum **ha**bi**tá**bunt, *
et semen eórum in conspéctu tu*o* fir**má**bitur ».

℣. Atténdite, pópule meus, doctrínam meam.
℟. Inclináte aurem vestram in verba oris mei.

*Responsoria prolixa ut in Feria III Hebdomadæ I.*

## Ad Laudes matutinas



PSALMODIA

Ant. 1 AG 195 (OCO 420)



Ti-bi, Dómi-ne, psal- lam, et in-tél-le-gam in vi- a



imma-cu-lá-ta. *Ps.* Mi-se-ricórdiam et iudíci- **um** can**tá-** bo; * ti-



bi, Dó*mi*ne, **psal-** lam. [flex]

Psalmus 100

[Misericórdiam et iudícium cantábo; *
tibi, Dómine, psallam.]
Intéllegam in via im**ma**cu**lá**ta; *
quando vé*ni*es **ad** me?
Perambulábam in innocéntia **cor**dis **mei**, *
in médio *do*mus **me**æ.
Non proponébam ante óculos meos rem iniú*stam*, †
faciéntem prævaricati**ó**nes o**dí**vi, *
non ad*hǽ*sit **mi**hi.
Cor pravum decli**ná**bat **a** me, *
malígnum non *co*gno**scé**bam.
Detrahéntem secréto **pró**ximo **su**o *
hunc cessáre *fa*ci**é**bam;
supérbum óculo et in**flá**tum **cor**de *
hunc non *su*sti**né**bam.
Oculi mei ad fidéles terræ, ut **sé**deant **me**cum; *
qui ámbulat in via immaculáta, hic mihi *mi*ni**strá**bat.
Non habitábit in médio domus meæ qui **fa**cit su**pér**biam; *
qui lóquitur iníqua
non stabit in conspéctu oculó*rum* me**ó**rum.
In matutíno cessáre fáciam omnes pecca**tó**res **ter**ræ, *

ut dispérdam de civitáte Dómini
omnes operántes i*ni*qui**tá**tem.

Ant. 2 AG 416 (cf. OCO 420)




Canticum cf. Daniel 3

[Benedíctus es, Dómine Deus patrum nostrórum, *
et laudábile et gloriósum nomen tuum in sǽcula;]
quia Iustus es in **óm**nibus, *
quæ fecí*sti* **no**bis.
Peccávimus enim et iníque égimus recedéntes **a** te: *
et delíquimus *in* **óm**nibus.



Ne, quǽsumus, tradas nos in perpétuum propter nomen **tu**um *
et ne díssipes testamén*tum* **tu**um,
neque áuferas misericórdiam tuam a no*bis* †
propter Abraham diléctum **tu**um *
et Isaac servum tuum et Israël san*ctum* **tu**um,
quibus locútus es póllicens quod multiplicáres semen e**ó**rum *
sicut stellas cæli et sicut arénam, quæ est in líto*re* **ma**ris;
quia, Dómine, imminúti sumus plus quam omnes **gen**tes, *
sumúsque húmiles in univérsa terra hódie
propter peccá*ta* **no**stra,
et non est in témpore hoc **prin**ceps *
et dux et prophéta, neque ho*lo***cáu**stum,
neque sacrifícium, neque oblátio, neque in**cén**sum, *
neque locus primitiá*rum* **co**ram te,
ut possímus inveníre misericórdiam **tu**am; *
sed in ánimo contrito et spíritu humilitátis susci*pi***á**mur;
sicut in holocáusto aríetum et tau**ró**rum *
et sicut in mílibus agnórum *pin***guí**um,
sic fiat sacrifícium nostrum in conspéctu tuo hó*di*e, †
ut pláceat **ti**bi, *
quóniam non est confúsio confidénti*bus* **in** te.
Et nunc séquimur te in toto **cor**de, *
et timémus te et quǽrimus fáci*em* **tu**am.

Ant. 3 AV (210) (OCO 420)





et dígitos me- *os* ad **bel-** lum.

Psalmus 143: 1–10

[Benedíctus Dóminus, præsídium meum, †
qui docet manus meas ad prœlium, *
et dígitos meos ad bellum.]
Misericórdia mea et fortitúdo **me**a, *
refúgium meum et libe*rá*tor **me**us;
scutum meum, et in ipso spe**rá**vi, *
qui subdit pópulum *me*um **sub** me.
Dómine, quid est homo, quod agnóscis **e**um, *
aut fílius hóminis, quod ré*pu*tas **e**um?
Homo vanitáti símilis **fa**ctus est, *
dies eius sicut um*bra* præ**té**riens.
Dómine, inclína cælos tuos, et de**scén**de; *
tange montes, et *fu*mi**gá**bunt.
Fúlgura coruscatiónem, et díssipa **e**os; *
emítte sagíttas tuas, et con*túr*ba **e**os.
Emítte manum tuam de al*to*; †
éripe me et líbera me de aquis **mul**tis, *
de manu filiórum alie*ni*ge**ná**rum,
quorum os locútum est vani**tá**tem, *
et déxtera eórum dexte*ra* men**dá**cii.
Deus, cánticum novum cantábo **ti**bi, *
in psaltério decachórdo *psal*lam **ti**bi,
qui das salútem **ré**gibus, *
qui rédimis David servum tuum de gládi*o* ma**lí**gno.

LECTIO BREVIS

Vos, fratres, non estis in ténebris, † ut vos dies Domini tamquam fur comprehéndat, omnes enim vos fílii lucis et fílii diéi: non sumus noctis neque tenebrárum.



RESPONSORIUM BREVE

IV



Vo-cem me- am audi, Dómi-ne; * In verba tu- a su-per-



spe-rá-vi. ℣. Prævéni di-lú-culo et clamávi. * In. Gló-ri-a. Vocem.

Ad Benedictus, ant. (p. 1394) AG 197 (cf. OCO 415)

I c



De ma-nu ómni- um qui o-dé-runt nos, li-be- rá-vit



nos, Dómi-ne. *C.* Be-ne-díctus Dómi-nus De- us Is-ra- ël, * qui-



a visitávit et fecit redemptiónem ple-bis su- æ.

PRECES

Salvatóri nostro benedicámus, qui sua resurrectióne mundum clarificávit, † et humíliter invocémus eum dicéntes: *Serva nos, Dómine, in sémita tua.*
Resurrectiónem tuam, Dómine Iesu, oratióne cólimus matutína,
— spes glóriæ tuæ diem nostri illúminet.
Súscipe, Dómine, vota et propósita nostra,
— tamquam diéi nostri primítias.
Tríbue in dilectióne tua nos hodie profícere,
— ut ómnia in nostrum omniúmque bonum cooperéntur.
Da, Dómine, sic lucére lucem nostram coram homínibus,
— ut vídeant ópera nostra bona et Patrem gloríficent.
Pater noster *in tono simplici. Oratio de Proprio temporis, vel de*

*Liturgia Horarum.*

## Ad Horam mediam

PSALMODIA

Ant. 1 PM 274 (OCO 420)

I b



Iustus es, Dómi-ne, et re- ctum iu- dí- ci- um tu- um.



*Ps.* † Mandásti in iustítia testi**mó**ni- a **tu-** a, * et in veri-*tá*-te **ni-**



mis.

Psalmus 118: 137–144 (Sade)

[Iustus es, Dómine, *
  et rectus in iudíciis tuis.
† Mandásti in iustítia testimónia tua, *
  et in veritáte nimis.]
Consúmpsit me **ze**lus **me**us, *
  quia oblíti sunt verba tua ini*mí*ci **me**i.
Ignítum elóquium tuum **ve**he**mén**ter, *
  et servus tuus di*lé*xit **il**lud.
Adulescéntulus sum ego **et** con**tém**ptus; *
  mandáta tua non *sum* ob**lí**tus.
Iustítia tua iustítia **in** æ**tér**num, *
  et lex *tu*a **vé**ritas.
Tribulátio et angústia **in**ve**né**runt me; *
  præcépta tua delect*á*tio **me**a est.
Iustítia testimónia tua **in** æ**tér**num; *
  intelléctum da mi*hi*, et **vi**vam.



Ant. 2 AG 290 (cf. OCO 420)

V



Intret o-rá- ti- o me- a, in conspéctu tu- o, Dómi-ne.



Dómine, Deus salútis **me-** æ, * in die clamávi et **noc-**te **co**ram te.

Psalmus 87 (I)

[Dómine, Deus salútis meæ, *
  in die clamávi et nocte coram te.]
Intret in conspéctu tuo orátio **me**a, *
  inclína aurem tuam ad **pre**cem **me**am.
Quia repléta est malis ánima **me**a *
  et vita mea inférno ap**pro**pin**quá**vit.
Æstimátus sum cum descendéntibus in **la**cum, *
  factus sum sicut homo sine **ad**iu**tó**rio.
Inter mórtuos stratum **me**um, *
  sicut vulneráti dormiéntes **in** se**púl**cris;
quorum non es memor **ám**plius, *
  et ipsi de manu **tu**a ab**scís**si sunt.
Posuísti me in lacu inferi**ó**ri, *
  in tenebrósis et in **um**bra **mor**tis.
Super me gravátus est furor **tu**us, *
  et omnes fluctus tuos indu**xís**ti **su**per me.

Ant. 3 OHS 137 (cf. OCO 420)

VIII a



Longe fe-cí-sti no- tos me- os a me; trá-di- tus sum,



et non egre- di- é-bar. *Ps.* Longe fecísti notos meos **a** me, * po-




II

[Longe fecísti notos meos a me, *
posuísti me abominatiónem eis;]
conclúsus sum et non e**gré**diar; *
óculi mei languérunt præ af*fli*cti**ó**ne.
Clamávi ad te, Dómine, tota **di**e, *
expándi ad te *ma*nus **me**as.
Numquid mórtuis fácies mira**bí**lia, *
aut surgent umbræ et confite*bún*tur **ti**bi?
Numquid narrábit áliquis in sepúlcro miscricórdiam **tu**am, *
et veritátem tuam in loco per*di*ti**ó**nis?
Numquid cognoscéntur in ténebris mirabília **tu**a, *
et iustítia tua in terra o*bli*vi**ó**nis?
Et ego ad te, Dómine, cla**má**vi, *
et mane orátio mea præ*vé*ni**et** te.
Ut quid, Dómine, repéllis ánimam **me**am, *
abscóndis fáciem *tu*am **a** me?
Pauper sum ego et móriens a iuventúte **me**a; *
portávi pavóres tuos et *con*tur**bá**tus sum.
Super me transiérunt iræ **tu**æ, *
et terróres tui *e*ver*té*runt me.
Circuiérunt me sicut aqua tota **di**e, *
circumdedé*runt* me **si**mul.
Elongásti a me amícum et **pró**ximum, *
et noti me*i* sunt **té**nebræ.

## Ad Tertiam

LECTIO BREVIS

Qui habúerit substántiam mundi et víderit fratrem suum necésse habére † et cláuserit víscera sua ab eo, quómodo cáritas Dei manet in eo? Filíoli, non diligámus verbo nec lingua sed in ópere et veritáte.

℣. Iucúndus homo, qui miserétur et cómmodat.



℟. In memória ætérna erit iustus.

*Orationes ut ad Hebdomadæ I Horas medias.*

## Ad Sextam

LECTIO BREVIS

Mandátum hoc, quod ego præcípio tibi hódie, † non supra te est neque procul pósitum. Sed iuxta te est sermo valde in ore tuo et in corde tuo, ut fácias illum.

℣. Lucérna pédibus meis verbum tuum, Dómine.
℟. Et lumen sémitis meis.

## Ad Nonam

LECTIO BREVIS

Quómodo descéndit imber et nix de cælo et illuc ultra non revértitur, sed inébriat terram et infúndit eam et germináre eam facit † et dat semen serénti et panem comedénti, sic erit verbum meum, quod egrediétur de ore meo: non revertétur ad me vácuum, sed fáciet, quæcúmque vólui, et prosperábitur in his, ad quæ misi illud.

℣. Emíttit Dóminus elóquium suum terræ.
℟. Velóciter currit verbum eius.

## Ad Vesperas

HYMNUS cf. AG 166



2. Mentem tu castam dírige,
obscúra ne siléntia
ad dira cordis vúlnera
telis patéscant ínvidi.

3. Vacent ardóre péctora,
faces nec ullas pérferant,
quæ nostr*o* hæréntes sénsui
mentis vigórem sáucient.

4. Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sæculum. Amen.

PSALMODIA

Ant. 1 Poissy Ant., fo. 64[v]; cf. AJ 1:126 (cf. OCO 420)




Psalmus 136: 1–6

[Super flúmina Babylónis, illic sédimus et **flé**vimus, *
 cum recorda*ré*mur **Si**on.]
In salícibus in inédio **e**ius *
 suspéndimus cí*tha*ras **nos**tras.
Quia illic rogavérunt nos, qui captívos du**xé**runt nos, *
 verba *can*ti**ó**num,
et qui affligébant nos, læ**tí**tiam: *
 « Cantáte nobis de cán*ti*cis **Si**on ».
Quómodo cantábimus cánticum **Dó**mini *
 in terra *a*li**é**na?
Si oblítus fúero tui, Ie**rú**salem, *



 obliviscátur sui déx*te*ra **me**a;
adhæreat lingua mea fáucibus in **e**is, *
 si non memí*ne*ro **tu**i,
si non præposúero Ie**rú**salem *
 in cápite lætí*ti*æ **me**æ.

Ant. 2 AJ 1:126, 2:101 (cf. OCO 420)




Psalmus 137

[Confitébor tibi, Dómine, in toto corde **me**o, *
 quóniam audísti verba **o**ris **me**i.]
In conspéctu angelórum psallam **ti**bi, *
 adorábo ad templum **sanc**tum **tu**um;
et confitébor nómini tu*o* †
 propter misericórdiam tuam et veritátem **tu**am,*
 quóniam magnificásti super omne nomen el**ó**quium **tu**um.
In quacúmque die invocávero te, ex**áu**di me; *
 multiplicábis in ánima **me**a vir**tú**tem.
Confitebúntur tibi, Dómine, omnes reges **ter**ræ, *
 quia audiérunt elóquia **o**ris **tu**i.
Et cantábunt vias **Dó**mini, *
 quóniam magna est **gló**ria **Dó**mini;
quóniam excélsus Dó*mi*nus, †
 et húmilem **ré**spicit, *
 et supérbum a **lon**ge co**gnó**scit.
Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis *me*; †

et contra iram inimicórum meórum exténdes manum **tu**am, *
et salvum me fáciet **déx**tera **tu**a.
Dóminus opus perfíciet pro *me*; †
Dómine, misericórdia tua in **sǽ**culum: *
ópera mánuum tuárum **ne** re**mít**tas.

Ant. 3 AG 1009 (cf. OCO 411)




Canticum cf. Ap 4, 5

[Dignus es, Dómine Deus **nos**ter, *
accípere glóriam et honórem *et* vir**tú**tem;]
quia tu creásti **óm**nia, *
et propter voluntátem tuam erant *et* cre**á**ta sunt.
Dignus es, Dómine, accípere **lib**rum *
et aperíre signá*cu*la **e**ius,
quóniam occísus *es* †
et redemísti nos Deo in sánguine **tu**o *
ex omni tribu et lingua et pópulo et *na*ti**ó**ne,
et fecísti nos Deo nostro regnum et sacer**dó**tes, *
et regnábimus *su*per **ter**ram.
Dignus est Agnus, qui occísus *est,* †
accípere virtútem et divinitátem et sapi**én**tiam *



et fortitúdinem et honórem et glóriam et bene*dic*ti**ó**nem.

LECTIO BREVIS

Omnes peccavérunt, et egent glória Dei, † iustificáti sunt gratis per grátiam ipsíus, per redemptiónem quæ est in Christo Iesu: quem propósuit Deus propitiatiónem per fidem in sánguine ipsíus, ad ostensiónem iustítiæ suæ.

RESPONSORIUM BREVE cf. AG 52, 60, 151, 156,161




Ad Magnificat (p. 1454), ant. AG 168 (cf. OCO 411)



PRECES

Christum pastórem et epíscopum animárum nostrárum, laudémus, qui díligit et tuétur pópulum suum. † In eo spem nostram ponéntes supplicémus: *Prótege pópulum tuum, Dómine.*

Prótege, Pastor ætérne, antístitem nostrum *N.*
— et cunctos Ecclésiæ tuæ pastóres.
Réspice propítius eos, qui persecutiónem patiúntur,
— eósque festína ab ómnibus tribulatiónibus liberáre.
Miserére, Dómine, ómnium egenórum,
— esuriéntibus escam largíre.
Illúmina cœtus légibus feréndis deputátos,
— ut in ómnibus sapiénti æquitáte decérnant.
Succúrre defúnctos, quos tuo sánguine redemísti,
— tecum ad núptias intráre mereántur.

Pater noster *in tono simplice. Oratio de Proprio Tempore vel de Liturgia Horarum.*



## FERIA IV HEBDOMADÆ IV

### Ad Invitatorium

Ant. (Ps. t. 6a, p. 1379) AJ 1:67, cf. Poissy MS, fo. 65r (cf. LHR 179)

VI a



Dómi-num qui fe- cit nos, ve-ní-te a- do-rémus. *Ps.* Ve-



ní- te.

HYMNUS cf. AG 166

VIII



1. Fulgéntis auctor æthe- ris, qui lunam lumen nó-cti-bus,



so- lem di- é- rum cúr-si- bus cer- to fun-dá- sti trá-mi- te,

2. Nox atra iam depéllitur,
mundi nitor renáscitur
novúsque iam mentis vigor
dulces in actus érigit.

3. Laudes sonáre iam tuas
dies relátus ádmonet,
vultúsque cæli blándior
nostra serénat péctora.

4. Vitémus omne lúbricum,
declínet prava spíritus,
vitam facta non ínquinent,
linguam culpa non ímplicet;

5. Sed, sol diem dum cónficit,
fides profúnda férveat,
spes ad promíssa próvocet,
Christo coniúngat cáritas.

6. Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sǽculum. Amen.

## Ad Officium lectionum

PSALMODIA

Ant. 1 Poissy MS, fo. 66v, cf. AJ 1: 69 (cf. OCO 420)







Psalmus 102, I

[Bénedic, ánima mea, Dómino; *
† et ómnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius.
Bénedic, ánima mea, **Dó**mino, *]
et noli oblivísci omnes retributi*ó*nes **e**ius.
Qui propitiátur ómnibus iniquitátibus **tu**is, *
qui sanat omnes infirmi*tá*tes **tu**as;
qui rédimit de intéritu vitam **tu**am, *
qui corónat te in misericórdia et mise*ra*ti**ó**nibus;
qui replet in bonis ætátem **tu**am: *
renovábitur ut áquilæ iu*vén*tus **tu**a.
Fáciens iustítias **Dó**minus, *
et iudícium ómnibus iniúriam *pa*ti**én**tibus.
Notas fecit vias suas **Mó**ysi, *
fíliis Israël adinventi*ó*nes **su**as.

Ant. 2 AG 401 (OCO vacat)












II

[Miserátor et misericors Dóminus, *
longánimis et multæ misericórdiæ.]
Non in perpétu**um** con**tén**det, *
neque in ætérnum *i*ra**scé**tur.
Non secúndum peccáta nostra **fe**cit **no**bis, *
neque secúndum iniquitátes nostras retrí*bu*it **no**bis.
Quóniam, quantum exaltátur **cæ**lum a **ter**ra, *
præváluit misericórdia eius super ti*mén*tes **e**um;
quantum distat ortus **ab** occi**dén**te, *
longe fecit a nobis iniqui*tá*tes **no**stras.
Quómodo miserétur pater **fi**li**ó**rum, *
misértus est Dóminus ti*mén*ti**bus** se.
Quóniam ipse cognóvit fig**mén**tum **no**strum, *
recordátus est quóniam *pul*vis **su**mus.
Homo sicut fenum **di**es **e**ius, *
tamquam flos agri sic *ef*flo**ré**bit.
Spirat ventus in illum, et **non** sub**sí**stet, *
et non cognóscet eum ámplius *lo*cus **e**ius.

Ant. 3 Poissy MS, fo. 63r, cf. AJ 1: 65 (OCO vacat)






autem Dómini ab ætér*no*, † et usque in ætérnum super timéntes



**e-** um, * et iustítia illíus in fílios fi-*li-* **ó-** rum.

III

[Misericórdia autem Dómini ab ætérno, †
et usque in ætérnum super timéntes eum, *
et iustítia illíus in fílios filiórum;]
in eos, qui servant testaméntum **e**ius, *
et mémores sunt mandatórum ipsíus ad faciénd*um* **e**a.
Dóminus in cælo parávit sedem **su**am, *
et regnum ipsíus ómnibus do*mi***ná**bitur.
Benedícite Dómino, omnes ángeli e*ius*, †
poténtes virtúte, faciéntes verbum il**lí**us *
in audiéndo vocem sermó*num* **e**ius.
Benedícite Dómino, omnes virtútes **e**ius, *
minístri eius qui fácitis voluntá*tem* **e**ius.
Benedícite Dómino, ómnia ópera e*ius,* †
in omni loco dominatiónis **e**ius. *
Bénedic, ánima me*a*, **Dó**mino.

℣. Viam mandatórum tuórum, Dómine, fac me intellégere.
℟. Et exercébor in mirabílibus tuis.

*Responsoria prolixa ut in Feria IV Hebdomadæ I.*



## Ad Laudes matutinas

PSALMODIA

Ant. 1 AJ 1: 126, cf. Poissy MS, fo. 66r (OCO = * )



In conspectu ange-lo- rum, psal-lam ti- bi, De- us



me- us. *Ps.* Parátum cor meum, De- *us*, † parátum cor **me-** um, *



cantábo et psallam: euge, **gló-**ri- a **me-** a!

Psalmus 107

[Parátum cor meum, Deus, †
parátum cor meum, *
cantábo et psallam: euge, glória mea!]
Exsúrge, psaltérium et **cí**thara, *
exci**tá**bo au**ró**ram.
Confitébor tibi in pópulis, **Dó**mine, *
et psallam tibi **in** nati**ó**nibus.
Quia magna est usque ad cælos misericórdia **tu**a, *
et usque ad nubes **vé**ritas **tu**a.
Exaltáre super cælos, **De**us, *
et super omnem terram **gló**ria **tu**a.
Ut liberéntur dilécti **tu**i, *
salvum fac déxtera tua **et** ex**áu**di me.
Deus locútus est in sancto su*o*: †
« Exsultábo et dívidam **Sí**chimam, *
et convállem **Suc**coth di**mé**tiar;
meus est Gálaad, et meus est Manás*ses* †
et Ephraim fortitúdo cápitis **me**i, *
Iuda **scep**trum **me**um.
Moab lebes lavácri me*i,* †

super Iduméam exténdam calceaméntum **me**um, *
in Philistǽam **vo**cife**rá**bor ».
Quis dedúcet me in civitátem mu**ní**tam? *
Quis dedúcet me usque **in** Idu**mǽ**am?
Nonne, Deus, qui reppu**lí**sti nos? *
Et non exíbis, Deus, in vir**tú**tibus **no**stris?
Da nobis auxílium de tribulati**ó**ne, *
quia vana **sa**lus **hó**minis.
In Deo faciémus vir**tú**tem, *
et ipse conculcábit ini**mí**cos **no**stros.

Ant. 2 AG 316 (cf. OCO 420)

IV b



Propter Si- on non ta- cé-bo, donec egre-di- á- tur ut



splendor iustus e- ius. *C.* Gaudens gaudé*bo* in **Dó**mino, * et exsul-



tábit ánima mea *in* De- o **me-** o. [flex]

Canticum Is 61: 10–62: 5

[Gaudens gaudébo in Dómino, *
et exsultábit ánima mea in Deo meo;]
quia índuit me vestimén*tis* sa**lú**tis, *
et induménto iustítiæ *cir*cúmde**dit** me,
quasi sponsum decorá*tum* co**ró**na, *
et quasi sponsam ornátam mo*ní*libus **su**is.
Sicut enim terra profert germen su*um*, †
et sicut hortus semen *su*um **gér**minat, *
sic Dóminus Deus germinábit iustítiam et laudem
coram u*ni*vérsis **gén**tibus.
Propter Sion *non* ta**cé**bo *
et propter Ierúsa*lem* non qui**é**scam,



donec egrediátur ut splendor *ius*tus **e**ius, *
et salvátor eius ut lam*pas* accen**dá**tur.
Et vidébunt gentes *ius*tum **tu**um, *
et cuncti reges *ín*clitum **tu**um;
et vocábitur tibi *no*men **no**vum, *
quod os Dómi*ni* nomi**ná**bit.
Et eris coróna glóriæ in *ma*nu **Dó**mini *
et diadéma regni in ma*nu* Dei **tu**i.
Non vocáberis ultra « *de*re**lí**cta », *
et terra tua non vocábitur ámpli*us* « deso**lá**ta »;
sed vocáberis « volúntas me*a* in **e**a », *
et terra tua « *in*habi**tá**ta »,
quia complácuit Dó*mi*no **in** te, *
et terra tua *in*habi**tá**bitur.
Habitábit enim iúve*nis* cum **vír**gine, *
et habitábunt in te *fí*lii **tu**i;
et gaudébit sponsus *su*per **spon**sam, *
et gaudébit super *te* Deus **tu**us.

Ant. 3 AG 196 (cf. OCO 420 )

IV a



Laudá- bo De- um me- um in vi- ta me- a. *Ps.* Lauda,



ánima mea, Dó*mi*num; † laudábo Dóminum in *vi-* ta **me-** a, *



psallam Deo meo, *quám*di- u **fú-** e- ro.

Psalmus 145

[Lauda, ánima mea, Dóminum; †
laudábo Dóminum in vita mea, *
psallam Deo meo, quámdiu fúero.]
Nolíte confídere *in* prin**cí**pibus, *

in fíliis hóminum, in qui*bus* non est **sa**lus.
Exíbit spíritus eius, et revertétur in *ter*ram **su**am; *
in illa die peribunt cogitati*ó*nes e**ó**rum.
Beátus cuius Deus Iacob *est* ad**iú**tor, *
cuius spes in Dómi*no* Deo **su**o.
Qui fecit cæ*lum* et **ter**ram, *
mare et ómni*a* quæ in **e**is sunt.
Qui custódit veritátem in sǽ*cu*lum, †
facit iudíci*um* op**prés**sis, *
dat escam *e*suri**én**tibus.
Dóminus solvit *com*pe**dí**tos, *
Dóminus il*lú*minat **cæ**cos,
Dóminus éri*git* de**prés**sos, *
Dóminus *dí*ligit **iu**stos,
Dóminus custódit ád*ve*nas, †
pupíllum et vídu*am* su**stén**tat *
et viam pecca*tó*rum di**spér**dit.
Regnábit Dómi*nus* in **sǽ**cula, *
Deus tuus, Sion, in generatiónem et ge*ne*rati**ó**nem.

LECTIO BREVIS

Quis nos separábit a caritáte Christi? Tribulátio, an angústia, an fames, an núditas, an perículum, an persecútio, an gládius? † Sed in his ómnibus superámus, propter eum qui diléxit nos.

RESPONSORIUM BREVE AG 156




Ad Benedictus, ant. (p. 1427) PM 171 (OCO 415)






PRECES

Benedíctus Deus salvátor noster, qui usque ad consummatiónem sǽculi se ómnibus diébus cum Ecclésia sua mansúrum promísit. † Ideo et grátias agéntes clamémus: *Mane nobíscum, Dómine.*
Mane nobíscum, Dómine, toto die,
— numquam declínet a nobis sol grátiæ tuæ.
Hunc diem tibi tamquam oblatiónem consecrámus,
— dum nos nihil pravi factúros aut probatúros pollicémur.
Fac, Dómine, ut domum lucis hic totus dies evádat,
— ut simus sal terræ et lux mundi.
Spíritus Sancti tui cáritas dírigat corda et lábia nostra,
— ut in tua iustítia semper et laude maneámus.
Pater noster *in tono simplice. Oratio de Proprio temporis, vel de Liturgia Horarum.*

## Ad Horam mediam

PSALMODIA

Ant. 1 AJ 2: 73 (cf. OCO 420)





to corde, exáudi me, **Dó**mine; * iustificatiónes tu- *as* ser**vá-** bo.

Psalmus 118: 145–152 (Koph)

[Clamávi in toto corde, exáudi me, Dómine; *
iustificatiónes tuas servábo.]
Clamávi ad te, salvum **me** fac, *
ut custódiam testimó*ni*a **tu**a.
Prævéni dilúculo et cla**má**vi, *
in verba tua su*per*spe**rá**vi.
Prævenérunt óculi mei vi**gí**lias, *
ut meditárer eló*qui*a **tu**a.
Vocem meam audi secundum misericórdiam tuam, **Dó**mine, *
secúndum iudícium tuum vi*ví*fi**ca** me.
Appropinquavérunt persequéntes me in ma**lí**tia, *
a lege autem tua *lon*ge **fa**cti sunt.
Prope es tu, **Dó**mine, *
et ómnia præcépta *tu*a **vé**ritas.
Ab inítio cognóvi de testimóniis **tu**is, *
quia in ætérnum fun*dá*sti **e**a.

Ant. 2 PM 211 (OCO 420)




Ex-al-tá- re qui iú- di-cas ter-ram. *Ps.* De-us ultiónum,



**Dó**mine, * Deus ultió*num*, ef**fúl-**ge.

Psalmus 93 (I)

[Deus ultiónum, Dómine, *
Deus ultiónum, effúlge.]
Exaltáre qui iúdicas **ter**ram, *
redde retributió*nem* su**pér**bis.



Usquequo peccatóres, **Dó**mine, *
úsquequo peccatóres *ex*sul**tá**bunt?
effabúntur et loquéntur pro**tér**va, *
gloriabúntur omnes qui operántur i*ni*qui**tá**tem?
Pópulum tuum, Dómine, hu**mí**liant, *
et hereditátem *tu*am **ve**xant.
Víduam et ádvenam inter**fí**ciunt, *
et pupíl*los* oc**cí**dunt.
Et dixérunt: « Non vidébit **Dó**minus, *
nec intélleget *De*us **Ia**cob ».
Intellégite, insipiéntes in **pó**pulo, *
et stulti quando *sa*pi**é**tis?
Qui plantávit aurem, non **áu**diet, *
aut qui finxit óculum, *non* re**spí**ciet?
Qui córripit gentes, non **ár**guet, *
qui docet hómi*nem* sci**én**tiam?
Dóminus scit cogitatiónes **hó**minum *
quó*ni*am **va**næ sunt.

Ant. 3 PM 212 (OCO 420)




Be- á- tus homo quem tu e- ru-dí- e- ris, Dómi-ne,



et de le-ge tu- a do-cú- e- ris e- um. *Ps.* † ut mítiges ei a



diébus **ma-** lis, * donec fodiátur pecca-*tó*-ri **fó**ve-a. [flex]

II

[Beátus homo quem tu erudíeris, Dómine, *
et de lege tua docúeris eum,
† ut mítiges ei a diébus malis, *
donec fodiátur peccatóri fóvea.]

Quia non répellet Dóminus plebem **su**am, *
et hereditátem suam non *de*re**lín**quet.
Quia ad iustítiam revertétur iu**dí**cium, *
et sequéntur illam omnes qui re*cto* sunt **cor**de.
Quis consúrget mihi advérsus mali**gnán**tes, *
aut quis stabit mecum advérsus operántes i*ni*qui**tá**tem?
Nisi quia Dóminus ad**iú**vit me, *
paulo minus habitásset in loco siléntii *áni*ma **me**a.
Si dicébam: « Motus est pes **me**us », *
misericórdia tua, Dómine, *su*sten**tá**bat me.
In multitúdine sollicitúdinum meárum, in corde **me**o, *
consolatiónes tuæ loetificavérunt *áni*mam **me**am.
Numquid sociábitur tibi sedes iniqui**tá**tis, *
quæ fingit moléstiam con*tra* præ**cép**tum?
Irruent in ánimam **iu**sti, *
et sánguinem innocéntem *con*dem**ná**bunt.
Et factus est mihi Dóminus in præ**sí**dium, *
et Deus meus in rupem refú*gi*i **me**i;
et reddet illis iniquitátem ipsó*rum*, †
et in malítia eórum dispérdet **e**os, *
dispérdet illos Dóminus *De*us **no**ster.

## Ad Tertiam

Lectio brevis

Nemo, quod suum est, quærat, sed quod alteríus. † Sive ergo manducátis sive bíbitis sive áliud quid fácitis: ómnia in glóriam Dei fácite.

℣. Bonum est confitéri Dómino.
℟. Et psállere nómini tuo, Altíssime.

*Orationes ut ad Hebdomadæ I Horas medias.*

## Ad Sextam

Lectio brevis

Omne, quodcúmque fácitis in verbo aut in ópere, † ómnia in nómine Dómini Iesu: grátias agéntes Deo Patri per ipsum.

℣. Tibi, Dómine, sacrificábo hóstiam laudis.



℟. Et nomen Dómini invocábo.

## Ad Nonam

Lectio brevis

Quodcúmque fácitis, ex ánimo operámini sicut Dómino et non homínibus, † sciéntes quod a Dómino accipiétis retributiónem hereditátis. Dómino Christo servíte.

℣. Dóminus pars hereditátis meæ et cálicis mei.
℟. Tu es qui détines sortem meam.

## Ad Vesperas

Hymnus cf. AG 166




2. Mirántibus mortálibus
sic te, Creátor próvide,
leges vicésque témporum
umbris dedísse et lúmini.

3. Ac dum, tenébris æthera
siléntio preméntibus,
vigor labórum déficit,
quies cupíta quǽritur,

4. Spe nos fidéque dívites
tui beámur lúmine
Verbi, quod est a sǽculis
splendor patérnæ glóriæ.

5. Est ille sol qui nésciat
ortum vel umquam vésperum;
quo terra gestit cóntegi,
quo cæli in ævum iúbilant.

6. Hac nos seréna pérpetim
da luce tandem pérfrui,
cum Nato et almo Spíritu
tibi novántes cántica. Amen.

PSALMODIA

Ant. 1 AG 257 (cf. OCO 420)




Psalmus 138: 1–18, 23–24 (I)

[Dómine, scrutátus es et **co**gno**ví**sti me, *
tu cognovísti sessiónem meam et resurrecti*ó*nem **me**am.]
Intellexísti cogitatiónes **me**as de **lon**ge, *
sémitam meam et accúbitum meum in*ve*sti**gá**sti.
Et omnes vias meas perspex*ísti*, †
quia nondum est sermo in **lin**gua **me**a, *
et ecce, Dómine, tu no*ví*sti **óm**nia.
A tergo et a fronte **co**ar**tá**sti me, *
et posuísti super me *ma*num **tu**am.
Mirábilis nimis facta est sciéntia **tu**a **su**per me; *
sublímis, et non at*tín*gam **e**am.
Quo ibo a **spí**ritu **tu**o, *
et quo a fácie *tu*a **fú**giam?
Si ascéndero in **cæ**lum, tu **il**lic es; *
si descéndero in in*fér*num, **a**des.
Si súmpsero **pen**nas au**ró**ræ *
et habitávero in ex*tré*mis **ma**ris,
étiam illuc manus **tu**a de**dú**cet me, *
et tenébit me déx*te*ra **tu**a.
Si díxero: « Fórsitan ténebræ **cóm**pri**ment**, me, *
et nox illuminátio *e*rit **cir**ca me »,



étiam ténebræ non obscurabúntur a *te*, †
et nox sicut dies il**lu**mi**ná**bit; *
sicut ténebræ eius ita et *lu*men **e**ius.

Ant. 2 AG 258 (cf. OCO 420)




II

[Quia tu formásti **re**nes **me**os, *
contexuísti me in útero *ma*tris **me**æ.]
Confitébor tibi, quia mirabíliter plasmátus *sum*; †
mirabília **ó**pera **tu**a, *
et ánima mea co*gnó*scit **ni**mis.
Non sunt abscóndita ossa mea a *te*, †
cum factus sum **in** oc**cúl**to, *
et intéxtus in inferió*ri*bus **ter**ræ.
Imperféctum adhuc me vidérunt óculi tu*i*, †
et in libro tuo scripti erant **om**nes **di**es, *
fícili erant, et nullus adhuc e*rat* ex **e**is.
Mihi autem nimis pretiósæ cogitatiónes **tu**æ, **De**us; *
nimis gravis sum*ma* **eá**rum.
Si dinumerábo eas, super arénam mul**ti**plica**bún**tur; *
si ad finem pervéniam, ad*huc* sum **te**cum.
Scrutáre me, Deus, et **sci**to cor **me**um; *
proba me, et cognósce sé*mi*tas **me**as:
et vide, si via vani**tá**tis in **me** est, *
et deduc me in vi*a* æ**tér**na.

Ant. 3 PM 372 (OCO 412)

VIII a





Christo da-tus est princi-pá-tus et honor re- gni:



omnis pó-pu-lus, tri-bus et lin-guæ servi- ent e- i in æ-



térnum. *C.* Grá- ti- as agámus Deo **Pa-**tri, * qui dignos nos fecit



in partem sortis sanctó-*rum* in **lú**mi-ne. [flex]

Canticum Col 1: 12–20

[Grátias agámus Deo **Pa**tri, *
qui dignos nos fecit in partem sortis sanctó*rum* in **lú**mine,]
qui erípuit nos de potestáte tene**brá**rum *
et tránstulit in regnum Fílii dilecti*ó*nis **su**æ,
in quo habémus redemptiónem per sánguinem **e**ius, *
remissiónem *pec*ca**tó**rum.
Qui est imágo Dei invi**sí**bilis, *
primogénitus omnis *cre*a**tú**ræ;
quóniam in ipso cóndita sunt univér*sa* †
in cælis et in **ter**ra, *
visibília et in*vi*si**bí**lia,
sive throni sive dominati**ó**nes *
sive principátus sive *po*tes**tá**tes:
ómnia per ipsum et in ipso creá*ta* sunt, †
et ipse est ante **om**nes, *
et ómnia in *i*pso **con**stant.
Et ipse est caput córporis Eccl*é*s*i*æ, †
qui est princípium, primogénitus ex **mór**tuis, *
ut sit in ómnibus ipse pri*má*tum **te**nens;
quia in ipso complácuit omnem plenitúdinem inhabi**tá**re, *
et per eum reconciliáre ómni*a* in **i**psum,
pacíficans per sánguinem crucis **e**ius *
sive quæ in terris sive *quæ* in **cæ**lis sunt.

## LECTIO BREVIS

Omnes ínvicem humilitátem insinuáte, quia Deus supérbis resístit, humílibus autem dat grátiam.† Humiliámini ígitur sub poténti manu Dei, ut vos exáltet in témpore visitatiónis: omnem sollicitúdinem vestram proiciéntes in eum, quóniam ipsi cura est de vobis.

## RESPONSORIUM BREVE

cf. AG 52, 60, 151, 156,161




Ad Magnificat (p. 1452), ant.

AM 154 (OCO 415)






## PRECES

Iubilémus Deo nostro, fratres caríssimi, qui máxime in benefíciis pópulo suo elargiéndis congáudet, † et cum ánimi fervóre precémur: *Grátiam et pacem multíplica, Dómine.*

Ætérne Deus, cui mille anni sunt tamquam dies hestérna, quæ prætériit,
— esse vitam quasi florem mane germinántem, véspere autem arescéntem nos memoráre concéde.

Manna tuum pópulo largíre, ne esúriat,
— et aquam vivam, ne sítiat in ætérnum.

Fac ut fidéles tui quæ sursum sunt quærant et sápiant,
— étiam témpore óperis et ótii in tuam glóriam vertant.

Aërem nobis, Dómine, largíre propítium,
— quo uberióres percipiámus fructus terræ.
(*vel:* Ab ómnibus noxis líbera nos, Dómine,
— et copiósam benedictiónem super domus nostras effúnde.)

Visiónem vultus tui largíre defúnctos,
— et eius contemplatióne nos redde beátos.

Pater noster *in tono simplice. Oratio Dominicæ de Proprio Tempore vel de Liturgia Horarum.*

## FERIA V HEBDOMADÆ IV

### Ad Invitatorium

Ant. (Ps. t. 6a, p. 1379) AJ 1: 65, cf. Poissy MS, fo. 63[r] (cf. LHR 180)

VI a 

Ad-o-rémus Dó-mi-num quó-ni- am i-pse fe-cit nos.



*Ps.* Ve-ní- te.

HYMNUS cf. AG 166

VIII 

1. Iam lu-cis orto sí-de-re De- um pre-cémur súppli-ces,



ut in di- úr-nis á- cti- bus nos ser-vet a no-cén-ti- bus.

2. Linguam refrénans témperet,
ne litis horror ínsonet,
visum fovéndo cóntegat,
ne vanitátes háuriat.

3. Sint pura cordis íntima,
absístet et vecórdia;
carnis terat supérbiam
potus cibíque párcitas;

4. Ut, cum dies abscésserit
noctémque sors redúxerit,
mundi per abstinéntiam
ipsi canámus glóriam.

5. Deo Patri sit glória
eiúsque soli Fílio
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sǽcula. Amen.



### Ad Officium lectionum

PSALMODIA

Ant. 1 AJ 1: 65, cf. 63r (cf. OCO 420!)

I c 

Esto mi-hi, Dómi-ne, in De- um pro- tec-tó-rem. *Ps.* De-



us, áuribus **no**stris au**dí-**vimus; * patres nostri annuntia-*vé*-runt



**no-** bis.

Psalmus 43, I

[Deus, áuribus nostris audívimus; *
patres nostri annuntiavérunt nobis]
opus quod operátus es in di**é**bus e**ó**rum, *
in dié*bus* an**tí**quis.
Tu manu tua gentes depulísti, et plan**tá**sti **il**los, *
afflixísti pópulos, et dila*tá*sti **e**os.
Nec enim in gládio suo posse**dé**runt **ter**ram, *
et brácchium eórum non sal*vá*vit **e**os;
sed déxtera tua et brácchium tuum et illuminátio **vul**tus **tu**i, *
quóniam complacuí*sti* in **e**is.
Tu es rex meus et **De**us **me**us, *
qui mandas sa*lú*tes **Ia**cob.
In te inimícos **no**stros pro**ié**cimus; *
et in nómine tuo conculcávimus insurgén*tes* in **no**bis.
Non enim in arcu **me**o spe**rá**bo, *
et gládius meus **non** sal**vá**bit me.
Tu autem salvásti nos de affli**gén**ti**bus** nos, *
et odiéntes nos *con*fu**dí**sti.
In Deo gloriábimur **to**ta **di**e, *
et in nómine tuo confitébi*mur* in **sǽ**culum.

Ant. 2 AJ 1; 66, cf. Poissy MS, fo. 64r (OCO vacat)




Dómi-ne, re-fú-gi- um fa-ctus es no-bis. *Ps.* Nunc autem



reppulísti **et** confu**dí**sti nos, * et non egrediéris, Deus, cum virtú-



*ti*-bus **no-**stris.

II

[Nunc autem reppulísti et confudísti nos, *
et non egrediéris, Deus, cum virtútibus nostris.]
Convertísti nos retrórsum coram ini**mí**cis **no**stris, *
et qui odérunt nos diripu*é*runt **si**bi.
Dedísti nos tamquam oves **ad** ve**scén**dum, *
et in géntibus *di*sper**sí**sti nos.
Vendidísti pópulum tuum **si**ne **lu**cro, *
nec dítior factus es in commutatió*ne* e**ó**rum.
Posuísti nos oppróbrium vi**cí**nis **no**stris, *
subsannátiónem et derísum his qui sunt in circú*i*tu **no**stro.
Posuísti nos similitúdi**nem** in **gén**tibus, *
commotiónem cápi*tis* in **pó**pulis.
Tota die verecúndia mea **con**tra **me** est, *
et confúsio faciéi meæ coo*pé*ru**it** me,
a voce exprobrántis **et** oblo**quén**tis, *
a fácie inimíci *et* ul**tó**ris.

Ant. 3 OHS 39 (OCO vacat)




Exsurge, Domi-ne, et iu-di- ca causam me- am. *Ps.* Hæc





ómnia venérunt super *nos,* † nec ob-**lí-** ti **su**mus te; * et iníque



non égimus in testa*mén*tum **tu-** um.

III

[Hæc ómnia venérunt super nos, †
nec oblíti sumus te; *
et iníque non égimus in testaméntum tuum.]
Et non recéssit **re**tro cor **no**strum, *
nec declinavérunt gressus nostri a *vi*a **tu**a;
sed humiliásti nos in **lo**co **vúl**pium, *
et operuísti nos *um*bra **mor**tis.
Si oblíti fuérimus nomen **Dei** **no**stri, *
et si expandérimus manus nostras ad deum *a*li**é**num,
nonne Deus re**quí**ret **i**sta? *
Ipse enim novit abscón*di*ta **cor**dis.
Quóniam propter te mortificámur **to**ta **di**e, *
æstimáti sumus sicut oves oc*ci*si**ó**nis.
Evígila, quare ob**dór**mis, **Dó**mine? *
exsúrge, et ne repél*las* in **fi**nem.
Quare fáciem **tu**am a**vér**tis, *
oblivísceris inópiæ nostræ et tribulati*ó*nis **no**stræ?
Quóniam humiliáta est in púlvere **á**nima **no**stra, *
conglutinátus est in terra *ven*ter **no**ster.
Exsúrge, Dómine, **ád**iu**va** nos; *
et rédime nos propter misericór*di*am **tu**am.

℣. Fáciem tuam illúmina super servum tuum, Dómine.
℟. Et doce me iustificatiónes tuas.

*Responsoria prolixa ut in Feria V Hebdomadæ I.*

## Ad Laudes matutinas

PSALMODIA

Ant. 1 AM 74 (OCO 420)




Psalmus 142: 1–11

[Dómine, exáudi oratiónem meam, †
 áuribus pércipe obsecratiónem meam in veritáte tua; *
 exáudi me in tua iustítia.]
Et non intres in iudícium cum servo **tu**o, *
 quia non iustificábitur in conspéctu tuo *om*nis **vi**vens.
Quia persecútus est inimícus ánimam me*am*, †
 contrívit in terra vitam **me**am, *
 collocávit me in obscúris sicút mórtu*os* a **sǽ**culo.
Et anxiátus est in me spíritus **me**us, *
 in médio mei obrígu*it* cor **me**um.
Memor fui diérum antiquó*rum,* †
 meditátus sum in ómnibus opéribus **tu**is, *
 in factis mánuum tuárum re*co*gi**tá**bam.
Expándi manus meas **ad** te, *
 ánima mea sicut terra sine *a*qua **ti**bi.
Velóciter exáudi me, **Dó**mine; *
 defécit spí*ri*tus **me**us.
Non abscóndas fáciem tuam **a** me, *
 ne símilis fiam descendénti*bus* in **la**cum.
Audítam fac mihi mane misericórdiam **tu**am, *



 quia in *te* spe**rá**vi.
Notam fac mihi viam in qua **ám**bulem, *
 quia ad te levávi á*ni*mam **me**am.
Eripe me de inimícis **me**is, *
 Dómine, ad *te* con**fú**gi.
Doce me fácere beneplácitum tu*um,* †
 quia Deus meus **es** tu. *
 Spíritus tuus bonus dedúcat me in *ter*ram **re**ctam.
Propter nomen tuum, Dómine, vivifi**cá**bis me; *
 in iustítia tua edúces de tribulatióne á*ni*mam **me**am.

Ant. 2 AG 323 (cf. OCO 420)




Canticum Is 66: 10–14a

[Lætámini cum Ierúsalem et exsultáte in ea, *
 omnes qui diligitis eam;
† gaudéte cum ea gáudio, †
 univérsi qui lugétis super eam, *
 ut sugátis et repleámini ab úbere consolatiónis eius,]
ut mulgeátis et delíciis afflu**á**tis *
 ab omnímoda **gló**ria **e**ius.

Quia hæc dicit Dó*mi*nus: †
« Ecce ego declinábo super **e**am *
quasi **flú**vium **pa**cis,
et quasi torréntem inun**dán**tem *
glóriam géntium, **quam** su**gé**tis:
ad úbera porta**bí**mini *
et super génua blandi**én**tur **vo**bis.
Quómodo si cui mater blandiá*tur*, †
ita ego conso**lá**bor vos; *
et in Ierúsalem **con**sola**bí**mini.
Vidébitis, et gaudébit cor **ve**strum, *
et ossa vestra quasi herba **ger**mi**ná**bunt.

Ant. 3 AG 218 (cf. OCO 420)

**VIII b**



De- o nostro iu- cúnda sit laudá-ti- o. *Ps.* Laudáte Dó-



minum, quóniam bonum est psállere Deo **no**stro * quóniam iu-



cúndum est cele*brá*-re **lau-**dem.

Psalmus 146: 1–11

[Laudáte Dóminum, quóniam bonum est psállere Deo nostro *
quóniam iucúndum est celebráre laudem.]
Ædíficans Ierúsalem **Dó**minus, *
dispérsos Israélis *con*gre**gá**bit.
Qui sanat contrítos **cor**de, *
et álligat pla*gas* **eó**rum;
qui númerat multitúdinem stel**lá**rum, *
et ómnibus eis nó*mi*na **vo**cat.
Magnus Dóminus noster, et magnus vir**tú**te, *
sapiéntiæ eius *non* est **nú**merus.



Susténtat mansuétos **Dó**minus, *
humílians autem peccatóres us*que* ad **ter**ram.
Præcínite Dómino in confessi**ó**ne, *
psállite Deo no*stro* in **cí**thara.
Qui óperit cælum **nú**bibus, *
et parat *ter*ræ **plú**viam.
Qui prodúcit in móntibus **fe**num, *
et herbam servién*ti*bus **hó**mini.
Qui dat iuméntis escam i**psó**rum, *
et pullis corvórum invocán*ti*bus **e**um.
Non in fortitúdine equi dele**ctá**tur, *
nec in tíbiis viri benepláci*tum* est **e**i.
Beneplácitum est Dómino super timéntes **e**um, *
et in eis qui sperant super misericór*di*a **e**ius.

## LECTIO BREVIS

Non est regnum Dei esca et potus, sed iustítia et pax et gáudium in Spíritu Sancto. † Qui enim in hoc servit Christo, placet Deo et probátus est homínibus. Itaque quæ pacis sunt sectémur, et quæ ædificatiónis sunt in ínvicem custodiámus.

## RESPONSORIUM BREVE

cf. AG 39

**IV**



In ma-tu- tí-nis, Dómi-ne, * Me-di- tá- bor de te. ℣. Qui-



a factus es adiú-tor me- us. * Me-di-tá- bor . Gló-ri- a. In.

Ad Benedictus, ant. (p. 1421) PM 202 (OCO 416)

**VII b**



Da sci- én-ti- am ple- bi tu- æ, Dómi- ne, in re- mis-



si- ó-nem pecca- tó-rum e- ó-rum. *C.* Be-ne-díctus Dómi-nus



De- us Isra- ël, * quia visitávit et fecit redemptiónem ple- bis



su- æ.

PRECES

Benedíctus Deus, Pater noster, qui fílios suos prótegit neque preces spernit eórum. † Omnes humíliter eum implorémus orántes: *Illúmina óculos nostros, Dómine.*
Grátias tibi, Dómine, quia per Fílium tuum nos illuminásti,
— eius luce per longitúdinem diéi nos satiári concéde.
Sapiéntia tua, Dómine, dedúcat nos hódie,
— ut in novitáte vitæ ambulémus.
Præsta nobis advérsa pro te fórtiter sustinére,
— ut corde magno tibi iúgiter serviámus.
Dírige in nobis hódie cogitatiónes, sensus et ópera,
— ut tibi providénti dóciles obsequámur.
Pater noster *in tono simplici. Oratio de Proprio temporis, vel de Liturgia Horarum.*

## Ad Horam mediam

PSALMODIA

Ant. 1 PM 275 (OCO 420)

IV a



Vi- de humi- li- tá- tem me- am, Dómi-ne, et é- ri-





pe me. *Ps.* † quia legem tuam *non* sum o- **blí-** tus. Iúdica causam



meam, et *ré*-di**me** me. * propter elóquium tu- *um* vi-ví- **fi**-ca me.

Psalmus 118: 153–160 (Resh)

[Vide humiliatiónem meam, et éripe me, *
† quia legem tuam non sum oblítus.
Iúdica causam meam, et rédime me; *
propter elóquium tuum vivífica me.]
Longe a peccatór*ri*bus **sa**lus, *
quia iustificatiónes tuas non *ex*quisi**é**runt.
Misericórdiæ tuæ *mul*tæ, **Dó**mine; *
secúndum iudícia tua *vi*vífi**ca** me.
Multi qui persequúntur me et *tri*bu**lant** me; *
a testimóniis tuis *non* decli**ná**vi.
Vidi prævaricántes, et *tǽ*du**it** me, *
quia elóquia tua non *cu*stodi**é**runt.
Vide quóniam mandáta tua di*lé*xi, **Dó**mine; *
secúndum misericórdiam tuam *vi*vífi**ca** me.
Princípium verbórum tu*ó*rum **vé**ritas, *
in ætérnum ómnia iudícia iu*stí*tiæ **tu**æ.

Ant. 2 AG 209 (cf. OCO 420)

II



Be- á- ti omnes qui timent Dómi-num. *Ps.* † qui ám-



bulat in vi- *is* **e-** ius. Labóres mánuum tuárum mandu**cá-** bis, *



beátus es, et bene ti-*bi* **e-** rit.

Psalmus 127

[Beátus omnis qui timet Dóminum, *
† qui ámbulat in viis eius.
Labóres mánuum tuárum mandu**cá**bis, *
beátus es, et bene ti*bi* **e**rit.]
Uxor tua sicut vitis fru**ctí**fera *
in latéribus do*mus* **tu**æ;
fílii tui sicut novéllæ oli**vá**rum *
in circúitu men*sæ* **tu**æ.
Ecce sic benedicétur **ho**mo, *
qui ti*met* **Dó**minum.
Benedícat tibi Dóminus ex **Si**on, *
et vídeas bona Ierúsalem ómnibus diébus vi*tæ* **tu**æ;
et vídeas fílios filiórum tu**ó**rum. *
Pax su*per* **Is**raël.

Ant. 3 PM 314 (OCO 420)



Sæ- pe expugna-ve- runt me a iu-ven-tu- te me- a.



*Ps.* † dicat *nunc* **Is**ra- ël: Sæpe expugnavérunt me a iuventúte **me**-



a, * étenim non potuérunt *ad***vér**sum me. [flex]



Psalmus 128

[Sæpe expugnavérunt.me a iuventúte mea, *
† dicat nunc Israël:
Sæpe expugnavérunt me a iuventúte **me**a, *
étenim non potuérunt *ad***vér**sum me.]
Supra dorsum meum aravérunt ara**tó**res, *
prolongavérunt sul*cos* **su**os.
Dóminus autem **iu**stus *
concídit cervíces pec*ca***tó**rum.
Confundántur et convertántur re**trór**sum *
omnes qui odé*runt* **Si**on.
Fiant sicut fenum te**ctó**rum, *
quod priúsquam evellátur, *ex***á**ruit;
de quo non implévit manum suam qui **me**tit, *
et sinum suum qui manípu*los* **cól**ligit.
Et non dixérunt qui præterí*bant:* †
« Benedíctio Dómini **su**per vos, *
benedícimus vobis in nómi*ne* **Dó**mini ».

## Ad Tertiam

LECTIO BREVIS

Hoc est mandátum eius, ut credámus nómini Fílii eius Iesu Christi et diligámus altérutrum, sicut dedit mandátum nobis. † Et qui servat mandáta eius, in ipso manet, et ipse in eo: et in hoc cognóscimus quóniam manet in nobis, ex Spíritu, quem nobis dedit.

℣. Tu, Dómine, díriges iustum.
℟. Scrutans corda et renes, Deus.

*Orationes ut ad Hebdomadæ I Horas medias.*

## Ad Sextam

LECTIO BREVIS

Dilígite iustítiam, qui iudicátis terram, sentíte de Dómino in bonitáte et in simplicitáte cordis quærite illum, † quóniam invenítur ab his, qui non tentant illum: se autem maniféstat eis, qui fidem habent in illum.

℣. Spera in Dómino et fac bonitátem.
℟. Et inhabitábis terram et pascéris in fide.

### Ad Nonam

LECTIO BREVIS

Deponéntes omne pondus et circúmstans nos peccátum, per patiéntiam currámus propósitum nobis certámen, † aspiciéntes in auctórem fídei et consummatórem Iesum: qui pro gáudio sibi propósito sustínuit crucem, confusióne contémpta, atque in déxtera throni Dei sedet.

℣. Sperávit ánima mea in Dómino.
℟. Sustínuit ánima mea in verbo eius.

## Ad Vesperas

HYMNUS cf. AG 166







2. Iam sol urgénte véspero
occásum suum gráditur,
mundum conclúdens ténebris,
suum obsérvans órdinem.

3. Tu ver*o*, excélse Dómine,
precántes tuos fámulos
diúrno lassos ópere
ne sinas umbris ópprimi,

4. Ut non fuscátis méntibus
dies abscédat sǽculi,
sed tua tecti grátia
cernámus lucem prósperam.

5. Præsta, Pater píissime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sǽculum. Amen.



PSALMODIA

Ant. 1 Poissy Ant., fol. 53r; cf. AJ 1: 128 (cf. OCO 420)










Psalmus 143 (I)

[Benedíctus Dómirius, præsídium me*um*, †
qui docet manus **me**as ad **prœ́**lium, *
et dígitos me*os* ad **bel**lum.]
Misericórdia mea et forti**tú**do **me**a, *
refúgium meum et libe*rá*tor **me**us;
scutum meum, et in **ip**so spe**rá**vi, *
qui subdit pópulum *me*um **sub** me.
Dómine, quid est homo, quod a**gnó**scis **e**um, *
aut fílius hóminis, quod ré*pu*tas **e**um?
Homo vanitáti **sí**milis **fac**tus est, *
dies eius sicut um*bra* præ**té**riens.
Dómine, inclína cælos tuos, **et** de**scén**de; *
tange montes, et *fu*mi**gá**bunt.
Fúlgura coruscatiónem, et **dís**sipa **e**os; *
emítte sagíttas tuas, et con*túr*ba **e**os.
Emítte manum **tu**am de **al**to; *
éripe me, et líbera me de *a*quis **mul**tis,
de manu filiórum alienigená*rum*, †
quorum os locútum **est** vani**tá**tem, *
et déxtera eórum déxte*ra* men**dá**cii.

Ant. 2 AG 283 (cf. 420)




II

[Deus, cánticum novum cantábo **ti**bi, *
    in psaltério decachórdo *psal*lam **ti**bi,]
qui das salútem **ré**gibus, *
    qui rédimis David servum tuum de gládi*o* ma**lí**gno.
Eripe me, et líbe**ra** me *
    de manu filiórum alie*ni*ge**ná**rum,
quorum os locútum est vani**tá**tem, *
    et déxtera eórum déxte*ra* men**dá**cii.
Fílii nostri sicut novéllæ cre**scén**tes *
    in iuven*tú*te **su**a;
fíliæ nostræ sicut colúmnæ angu**lá**res, *
    sculptæ ut struc*tú*ra **tem**pli.
Promptuária nostra **ple**na, *
    redundántia óm*ni*bus **bo**nis;
oves nostræ in mí*li*bus †
    innumerábiles in campis **nos**tris, *
    boves *nos*træ **cras**sæ.
Non est ruína macériæ neque ex**cúr**sus, *
    neque clamor in pla*té*is **nos**tris.
Beátus pópulus cui **hæc** sunt; *
    beátus pópulus cuius Dóminus *De*us **e**ius.



Ant. 3 AG 998 (cf. OCO 412)




Canticum cf. Ap 11, 12

[Grátias **á**gimus **ti**bi, *
    Dómine De*us* om**ní**potens,]
qui es et qui eras et **qui** ven**tú**rus es; *
    quia accepísti virtútem tuam magnam *et* re**gná**sti.
Et i**rá**tæ sunt **gen**tes, *
    et advénit ira tua et tempus mortuórum *iu*di**cá**ri,
et réddere mercédem servis tuis, pro**phé**tis et **sanc**tis, *
    et timéntibus nomen tuum, pusíl*lis* et **ma**gnis.
Nunc facta est salus et virtus et regnum **De**i **nos**tri *
    et potéstas *Chris*ti **e**ius,
quia proiéctus est accusátor **fra**trum no**stró**rum, *
    qui accusábat illos ante conspéctum Dei nostri
        di*e* ac **noc**te;
et ipsi vicérunt eum propter **sán**guinem **A**gni *
    et propter verbum testimó*ni*i **su**i;
et non dilexérunt **á**nimas **su**as *
    us*que* ad **mor**tem.
Proptérea læ**tá**mini, **cæ**li, *
    et qui habitá*tis* in **e**is.

LECTIO BREVIS

Animas vestras castificántes in obœdiéntia caritátis, in

fraternitátis amóre, † símplici ex corde ínvicem dilígite atténtius: renáti non ex sémine corruptíbili, sed incorruptíbili per verbum Dei vivi et permanéntis in ætérnum.

RESPONSORIUM BREVE cf. AG 52, 60, 151, 156,161




Ad Magnificat (p. 1450), ant. PM 339 (OCO 416)




PRECES

Animas nostras ad Dóminum et Salvatórem nostrum pergráti levémus, qui benedícit pópulum suum in omni bendictióne spirituáli, † et cum devotióne rogémus:



*Bénedic pópulum tuum, Dómine.*

Mísericors Deus, consérva Papam nostrum *N.* et Epíscopum nostrum *N.*,
— incólumes custódi eos Ecclésiæ tuæ.

Regiónem nostram, Dómine, tuére benígnus,
— a malis nos líbera univérsis.

Voca fílios in circúitum mensæ tuæ,
— qui préssius te vírginem, páuperem et obœdiéntem sequántur.

Ancíllas tuas custódi, propósitum virginitátis proféssas,
— ut te, Agnum divínum, quocúmque íeris, sequántur.

Defúncti in tua pace requiéscant ætérna,
— et eórum nobíscum coniúnctio spiritálium bonórum communicatióne, roborétur.

Pater noster *in tono simplice. Oratio Dominicæ de Proprio Tempore vel de Liturgia Horarum.*

# FERIA VI HEBDOMADÆ IV

## Ad Invitatorium

Ant. (Ps. t. 6a, p. 1379) AJ 1: 68, cf. Poissy MS, fo. 66v (cf. LHR 180)




HYMNUS cf. AG 166




2. Auróra stellas iam tegit
rubrum sustóllens gúrgitem,
uméctis atque flátibus
terram baptízans róribus.

3. Iam noctis umbra línquitur,
polum calígo déserit,
typúsque Christi, lúcifer
diem sopítum súscitat.

4. Dies diérum tu, Deus,
lucísque lumen ipse es,
Unum potens per ómnia,
potens in unum Trínitas.

5. Te nunc, Salvátor, quǽsumus
tibíque genu fléctimus,
Patrem cum Sancto Spíritu
totis laudántes vócibus. Amen.



## Ad Officium lectionum

PSALMODIA

Ant. 1 PM 129 (OCO 420)




Psalmus 54: 2–15, 17–24

[Auribus pércipe, Deus, oratiónem meam, †
et ne abscondáris a deprecatióne mea; *
inténde mihi et exáudi me.]
Excússus sum in meditatióne mea, et contur**bá**tus sum *
a voce inimici et a tribulatióne **pec**ca**tó**ris.
Quóniam devolvérunt in me iniqui**tá**tem, *
et in ira molésti **e**rant **mi**hi.
Cor meum torquétur **in**tra me, *
et formído mortis **cé**cidit **su**per me.
Timor et tremor venérunt **su**per me, *
et con**té**xit me **pa**vor.
Et dixi: « Quis dabit mihi pennas sicut co**lúm**bæ, *
et volábo **et** requi**é**scam?
Ecce elongábo **fú**giens, *
et manébo **in** soli**tú**dine ».
Exspectábo eum qui salvum me **fá**ciat, *
a spíritu procéllæ **et** tempes**tá**te.

Ant. 2 AG 219 (OCO vacat)

VII a



In sancti- tá- te servi- ámus Dómi-no, et li-be-rá- bit



nos ab i- ni-mí-cis nostris. *Ps.* Díssipa, Dómine, dívide **lin**guas



e- **ó-** rum, * quóniam vidi violéntiam et contentiónem **in** ci-vi-



**tá-** te. [flex]

II

[Díssipa, Dómine, dívide linguas eórum, *
quóniam vidi violéntiam et contentiónem in civitáte.]
Die ac nocte circúmeunt eam super muros e*ius*, †
iníquitas et labor et insídiæ in **mé**dio **e**ius; *
et non defécit de platéis eius frauduléntia et **do**lus.
Quóniam, si inimícus meus maledi**xís**set **mi**hi, *
sustinu**ís**sem **ú**tique;
et si is qui óderat me super me magnifi**cá**tus fu**ís**set, *
abscondíssem me fórsi**tan** ab **e**o.
Tu vero, homo coæ**quá**lis **me**us, *
familiáris meus et **no**tus **me**us,
qui simul habúimus **dul**ce con**sór**tium: *
in domo Dei ambulávimus **in** con**cúr**su.

Ant. 3 Poissy MS, fo. 29r, cf. AJ 1: 171 (OCO vacat)

III b



Dómi-nus lé-gi-fer noster, Dómi-nus rex noster, i-pse





véni- et, et salvá- bit nos. *Ps.* Ego autem ad **De-**um cla**má-**bo, *



et Dóminus *sal***vá-**bit me. [flex]

III

[Ego autem ad Deum clamábo, *
et Dóminus salvábit me.]
Véspere et mane et merídie meditábor **et** inge**mí**scam, *
et exáudiet vo*cem* **me**am.
Rédimet in pace ánimam meam ab his **qui** im**pú**gnant me, *
quóniam in multis sunt *ad***vér**sum me.
Exáudiet Deus, et humili**á**bit **il**los, *
qui est an*te* **sǽ**cula.
Non enim est **il**lis **pa**ctum, *
et non timué*runt* **De**um.
Exténdit manum **su**am in **só**cios; *
contaminávit fœ*dus* **su**um.
Lene super butýrum **est** os **e**ius, *
pugna autem cor *il***lí**us:
mollíti sunt sermónes eius **su**per **ó**leum, *
et ipsi sunt gládii *de***strí**cti.
Iacta super Dóminum curam tu*am*, †
et ipse **te** e**nú**triet; *
non dabit in ætérnum fluctuatió*nem* **iu**sto.
Tu vero, Deus, de**dú**ces **e**os *
in púteum *in***té**ritus.
Viri sánguinum et dolósi non dimidiábunt **di**es **su**os; *
ego autem sperábo in *te*, **Dó**mine.

℣. Fili mi, atténde ad sapiéntiam meam.
℟. Et prudéntiæ meæ inclína aurem tuam.

*Responsoria prolixa ut in Feria VI Hebdomadæ I.*

## Ad Laudes matutinas

PSALMODIA

Ant. 1 AG 415 (cf. OCO 420)

I a



Cor mun-dum cre- a in me, De- us, et spí- ri- tum re-



ctum ínno-va in viscé- ri- bus me- is. *Ps.* Mi-se-ré-re **me-** i,



**De-** us, * secúndum misericór*di-* am **tu-** am.

Psalmus 50

[Miserére mei, Deus, *
secúndum misericórdiam tuam;]
et secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum *
dele iniquí*tá*tem **me**am.
Amplius lava me ab iniqui**tá**te **me**a, *
et a peccáto *me*o **mun**da me.
Quóniam iniquitátem meam **e**go co**gnó**sco, *
et peccátum meum contra *me* est **sem**per.
Tibi, tibi **so**li pec**cá**vi, *
et malum co*ram* te **fe**ci,
ut iustus inveniáris in sen**tén**tia **tu**a *
et æquus in iudí*ci*o **tu**o.
Ecce enim in iniquitáte **ge**ne**rá**tus sum, *
et in peccáto concépit me *ma*ter **me**a.
Ecce enim veritátem in corde **di**le**xí**sti, *
et in occúlto sapiéntiam manife*stá*sti **mi**hi.
Aspérges me hyssópo, **et** mun**dá**bor; *
lavábis me, et super nivem *de*al**bá**bor.
Audíre me fácies gáudium **et** læ**tí**tiam, *
et exsultábunt ossa quæ hu*mi*li**á**sti.



Avérte fáciem tuam a pec**cá**tis **me**is, *
et omnes iniquitátes *me*as **de**le.
Cor mundum crea **in** me, **De**us, *
et spíritum firmum ínnova in viscé*ri*bus **me**is.
Ne proícias me a **fá**cie **tu**a, *
et spíritum sanctum tuum ne áu*fe*ras **a** me.
Redde mihi lætítiam salu**tá**ris **tu**i, *
et spíritu promptíssi*mo* con**fír**ma me.
Docébo iníquos **vi**as **tu**as, *
et ímpii ad te *con*ver**tén**tur.
Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus sa**lú**tis **me**æ, *
et exsultábit lingua mea iustí*ti*am **tu**am.
Dómine, lábia **me**a a**pé**ries, *
et os meum annuntiábit *lau*dem **tu**am.
Non enim sacrifício **de**lec**tá**ris, *
holocáustum, si ófferam, *non* pla**cé**bit.
Sacrifícium Deo spíritus **con**tribu**lá**tus, *
cor contrítum et humiliátum, Deus, *non* de**spí**cies.
Benígne fac, Dómine, in bona voluntáte **tu**a **Si**on, *
ut ædificéntur mu*ri* Ie**rú**salem.
Tunc acceptábis sacrifícium iustítiæ, oblatiónes **et** holo**cáu**sta; *
tunc impónent super altáre *tu*um **ví**tulos.

Ant. 2 AG 1009 (cf. OCO 420)

VIII a



Bene-dí-ci-te Dó- mi-num, omnes e- lécti e- ius: ági-



te di- em læ- tí- ti- æ, et confi- té- mi-ni il-li. *C.* Ierúsalem, cí-



vi-tas **De-** i, * castigávit te Dóminus in opéribus mánu- *um* tu-




Canticum Tob 13: 8–11, 13–15

[Benedícite Dóminum, omnes elécti eius, *
ágite dies lætítiæ et confitémini illi.
† Ierúsalem, cívitas Dei, *
castigávit te Dóminus in opéribus mánuum tuárum.]
Confitére Dómino in bonis **tu**is *
et bénedic Deum *sæ*cu**ló**rum;
ut reædíficet in te tabernáculum su*um*, †
et révocet ad te omnes cap**tí**vos, *
et gáudeas in ómnia sǽcula *sæ*cu**ló**rum.
Luce spléndida ful**gé**bis, *
et omnes fines terræ *ad*o**rá**bunt te.
Natiónes ex longínquo ad te **vé**nient, *
et múnera deferéntes adorábunt *in* te **Dó**minum.
Et terrain tuam in sanctificatiónem ha**bé**bunt, *
nomen enim magnum invo*cá*bunt **in** te.
Tu autem lætáberis in fíliis tu*is*, †
quóniam omnes benedi**cén**tur *
et congregabún*tur* ad **Dó**minum.
Beáti omnes, qui díli**gunt** te, *
et qui gaudent super *pa*ce **tu**a.
Anima mea, bénedic Dó*mi*num, †
quóniam liberávit Ierúsalem civitátem suam
a cunctis tribulatiónibus **e**ius, *
Dóminus *De*us **no**ster.

Ant. 3 CAO 1734: DK-Kk 3449, fo. 70v (OCO 420)









Psalmus 147

[Lauda, Ierúsalem, Dóminum; *
colláuda Deum tuum, Sion.]
Quóniam confortávit seras por**tá**rum tu**á**rum, *
benedíxit fíliis *tu*is **in** te.
Qui ponit fines **tu**os **pa**cem, *
et ádipe fruménti *sá*ti**at** te.
Qui emíttit elóquium **su**um **ter**ræ, *
velóciter currit *ver*bum **e**ius.
Qui dat nivem **si**cut **la**nam, *
pruínam sicut cí*ne*rem **spar**git.
Mittit crystállum suam **si**cut buc**cél**las; *
ante fáciem frígoris eius quis *sus*ti**né**bit?
Emíttet verbum suum et lique**fá**ciet **e**a, *
flabit spíritus eius, et *flu*ent **a**quæ.
Qui annúntiat verbum **su**um **Ia**cob, *
iustítias et iudícia *su*a **Is**raël.
Non fecit táliter omni **na**ti**ó**ni, *
et iudícia sua non manifes*tá*vit **e**is.

LECTIO BREVIS

Nunc in Christo Iesu vos, qui aliquándo erátis longe, facti estis prope in sánguine Christi. Ipse enim est pax nostra, qui fecit útraque unum, et médium paríetem macériæ solvens, inimicítas in carne sua, legem mandatórum decrétis evácuans, † ut duos condat in semetípso in unum novum hóminem: fáciens pacem, et reconcíliet ambos in uno córpore Deo per crucem, interfíciens inimicítias in semetípso.

RESPONSORIUM BREVE cf. AG 39





mi-hi. ℣. Mittet de cæ-lo, et li-be- rá-bit me. * Qui bene- fé-



cit mi-hi. Gló-ri- a. Clamá-bo.

Ad Benedictus, ant. (p. 1424) AG 243 (cf. OCO 416)

**VIII a**



Per vísce- ra mi- se- ri-córdi- æ De- i nostri, vi-si-



tá- vit nos O-ri- ens ex al-to. *C.* Be-ne-díctus Dómi-nus De- us



Isra- ël, * quia visitávit et fecit redemptiónem ple-bis su- æ.

PRECES

Christum, qui sánguine suo per Spíritum Sanctum semetípsum óbtulit Patri ad emundándam consciéntiam nostram ab opéribus mórtuis, adorémus † et sincéro corde profiteámur: *In tua voluntáte pax nostra, Dómine.*
Diéi exórdium a tua benignitáte suscépimus,
— nobis páriter vitæ novæ concéde inítium.
Qui ómnia creásti providúsque consérvas,
— fac ut inspiciámus perénne tui vestígium in creátis.
Qui sánguine tuo novum et ætérnum testaméntum sanxísti,
— da ut, quæ præcipis faciéntes tuo fidéles fœderi maneámus.
Qui, in curce pendens, una cum sánguine aquam de látere effudísti,
— hoc salutári flúmine áblue peccáta nostra et civitátem Dei lætífica.



Pater noster *in tono simplici. Oratio de Proprio temporis, vel de Liturgia Horarum.*

## Ad Horam mediam

PSALMODIA

Ant. 1 PM 276 (OCO 420)

**I b**



Inclí-na cor me- um, De- us, in te-stimó-ni- a tu- a.



*Ps.* Príncipes persecúti **sunt** me **gra-** tis, * et a verbis tuis formi-



dá-*vit* cor **me-** um.

Psalmus 118: 161–168 (Shin)

[Príncipes persecúti sunt me gratis, *
et a verbis tuis formidávit cor meum.]
Lætábor ego super e**ló**quia **tu**a, *
sicut qui invénit spó*li*a **mul**ta.
Mendácium ódio hábui et a**bo**mi**ná**tus sum; *
legem autem tu*am* di**lé**xi.
Sépties in die laudem *di*xi **ti**bi *
super iudícia iustí*ti*æ **tu**æ.
Pax multa diligéntibus **le**gem **tu**am, *
et non est *il*lis **scán**dalum.
Exspectábam salutáre **tu**um, **Dó**mine, *
et præcépta *tu*a **fe**ci.
Custodívit ánima mea testi**mó**nia **tu**a, *
et diléxi ea *ve*he**mén**ter.
Servávi mandáta tua et testi**mó**nia **tu**a, *
quia omnes viæ meæ in con*spé*ctu **tu**o.

Ant. 2 AG 231 (cf. OCO 420)

I c


Ecce quam bonum et quam iu-cúndum ha-bi-tá-re fra-tres



in u-num. *Ps.*† sicut unguéntum óptimum in cá*pi*-te, † quod de-



scéndit in barbam, **bar-**bam **Aa-**ron, * quod descéndit in oram ve-



sti*mén*ti **e-** ius.

Psalmus 132

[Ecce quam bonum et quam iucúndum *
habitáre fratres in unum:
† sicut unguéntum óptimum in cápite, †
quod descéndit in barbam, barbam Aaron, *
quod descéndit in oram vestiménti eius.]
**Sic**ut ros **Her**mon, *
qui descéndit in *mon*tes **Si**on.
Quóniam illic mandávit Dóminus bene**dic**ti**ó**nem, *
vitam us*que* in **sǽ**culum.

Ant. 3 AJ 1: 126; cf. Poissy MS, fo. 66$^{r}$ (cf. OCO 420)

IV a


A vi- ro i- níquo lí-be- ra me, Dó-mi- ne. *Ps.* E-ripe





me, Dómine, ab hó*mi*ne **ma-** lo, * a viro vio*lén*ti-æ **ser**va me. [fl]

Psalmus 139: 1–9, 13–14

[Eripe me, Dómine, ab hómine malo, *
a viro violéntiæ serva me.]
Qui cogitavérunt ma*la* in **cor**de, *
tota die consti*tu*ébant **prœ́**lia.
Acuérunt linguas suas sic*ut* ser**pén**tis, *
venénum áspidum sub *lá*biis e**ó**rum.
Custódi me, Dómine, de manu peccató*ris,* †
et a viro violén*ti*æ **ser**va me, *
qui cogitavérunt supplantá*re* gressus **me**os.
Abscondérunt supérbi láqueum mi*hi,* †
et funes extendé*runt* in **re**te, *
iuxta iter offendícula po*su*érunt **mi**hi.
Dixi Dómino: « Deus *me*us **es** tu; *
áuribus pércipe, Dómine, vocem depreca*ti*ónis **me**æ ».
Dómine, Dómine, virtus sa*lú*tis **me**æ, *
obumbrásti caput meum *in* die **bel**li.
Ne concédas, Dómine, desidé*ri*a **ím**pii; *
consília e*ius* ne per**fí**cias.
Cognóvi quia fáciet Dóminus iudí*ci*um **ín**opis, *
et *vin*díctam **páu**perum.
Verúmtamen iusti confitebúntur nó*mi*ni **tu**o, *
et habitábunt recti in *con*spéctu **tu**o.

## Ad Tertiam

LECTIO BREVIS

Nulli malum pro malo reddéntes; scriptum est enim: Mihi vindícta, ego retríbuam, dicit Dóminus. † Sed si esuríerit inimícus tuus, ciba illum; si sitit, potum da illi. Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.

℣. Misericórdia Dómini ab ætérno et usque in ætérnum.
℟. Et iustítia illíus in eos qui servant testaméntum eius.

*Orationes ut ad Hebdomadæ I Horas medias.*

## Ad Sextam

LECTIO BREVIS

In hoc nóvimus caritátem, † quóniam ille pro nobis ánimam suam pósuit: et nos debémus pro frátribus ánimas pónere.

℣. Confitémini Dómino quóniam bonus.
℟. Quóniam in sæculum misericórdia eius.

## Ad Nonam

LECTIO BREVIS

In hoc appáruit cáritas Dei in nobis quóniam Fílium suum unigénitum misit Deus in mundum, ut vivámus per eum. † In hoc est cáritas, non quasi nos dilexérimus Deum, sed quóniam ipse diléxit nos et misit Fílium suum propitiatiónem pro peccátis nostris: Caríssimi, si sic Deus diléxit nos, et nos debémus altérutrum dilígere.

℣. Protéctor noster áspice, Deus.
℟. Et réspice in fáciem Christi tui.

## Ad Vesperas

HYMNUS cf. AG 166




2. Labor diúrnus tránsiit
quo, Christe, nos condúxeras;
da iam colónis víneæ
promíssa dona glóriæ.

3. Mercéde quos nunc ádvocas,
quos ad futúrum múneras,
nos in labóre ádiuva
et post labórem récrea.



4. Sit, Christe, rex píssime,
tibi Patríque glória
cum Spíritu Paraclito,
in sempitérna sæcula, Amen.

PSALMODIA

Ant. 1 PM 342 (OCO 420)




Psalmus 144 (I)

[Exaltábo te, Deus me*us* rex, †
 et benedícam nómini **tu**o *
 in sæculum et in sæ*cu*lum **sæ**culi.]
Per síngulos dies benedícam ti*bi*, †
 et laudábo nomen **tu**um *
 in sæculum et in sæ*cu*lum **sæ**culi.
Magnus Dóminus et laudábilis **ni**mis, *
 et magnitúdinis eius non est in*ves*ti**gá**tio.
Generátio generatióni laudábit ópera **tu**a, *
 et poténtiam tuam pro*nun*ti**á**bunt.
Magnificéntiam glóriæ maiestátis tuæ lo**quén**tur, *
 et mirabília tua *e*nar**rá**bunt.
Et virtútem terribílium tuórum **di**cent, *
 et magnitúdinem tu*am* nar**rá**bunt.
Memóriam abundántiæ suavitátis tuæ eruc**tá**bunt, *
 et iustítia tua *ex*sul**tá**bunt.

Miserátor et miséricors **Dó**minus, *
longánimis et multæ mi*se*ri**cór**diæ.
Suávis Dóminus uni**vér**sis, *
et miscratiónes eius super ómnia *ó*p*e*ra **e**ius.
Confiteántur tibi, Dómine, ómnia ópera **tu**a; *
et sancti tui bene*dí*cant **ti**bi.
Glóriam regni tui **di**cant, *
et poténtiam tu*am* lo**quán**tur,
ut notas fáciant fíliis hóminum poténtias **tu**as, *
et glóriam magnificéntiæ *re*gni **tu**i.
Regnum tuum regnum ómnium sæcu**ló**rum, *
et dominátio tua in omnem generátiónem et gene*ra*ti**ó**nem.

Ant. 2 AV 179 (OCO 420)




II

[Fidélis Dóminus in ómnibus verbis suis, *
et sanctus in ómnibus opéribus suis.
† Allevat Dóminus om*nes* qui **cór**ruunt, *
et érigit *om*nes de**prés**sos.]
Oculi ómnium *in* te **spe**rant, *
et tu das illis escam in tém*po*r*e* oppor**tú**no.
Aperis tu *ma*num **tu**am, *
et imples omne ánimal *in* bene**plá**cito.
Iu stus Dóminus in ómnibus *vi*is **su**is, *
et sanctus in ómnibus o*pé*ribus **su**is.



Prope est Dóminus ómnibus invocán*ti*bus **e**um, *
ómnibus invocántibus eum *in* veri**tá**te.
Voluntátem timéntium se fá*ci*et, †
et deprecatiónem eó*rum* ex**áu**diet, *
et salvos *fá*ciet **e**os.
Custódit Dóminus omnes *di*li**gén**tes se, *
et omnes pecca*tó*res di**spér**det.
Laudatiónem Dómini loquétur os me*um*, †
et benedícat omnis caro nómini *sanc*to **e**ius *
in sǽculum et in *sǽ*culum **sǽ**culi.

Ant. 3 MG 58 (cf. OCO 413)




Canticum Ap 15:3–4

[Magna et mirabília sunt *ó*p*e*ra **tu**a, *
Dómine *De*us om**ní**potens:]
iustæ et veræ sunt *vi*æ **tu**æ, *
*rex* sæcu**ló**rum.
Quis non timé*bit* te, **Dó**mine, *
et magnificá*bit* nomen **tu**um?
quia solus pius *es*, †
quóniam omnes gentes vénient *et* ado**rá**bunt
in con*spéc*tu **tu**o, *
quóniam iudicia tu*a* mani**fés**ta sunt.

LECTIO BREVIS

Lóquimur Dei sapiéntiam in mystério, quæ abscóndita est, † quam prædestinávit Deus ante sǽcula in glóriam nostram: quam nemo príncipum huius sǽculi cognóvit: si enim cognovíssent, numquam Dóminum glóriæ crucifixíssent. † Sed sicut scriptum est: Quod óculus non vidit, nec auris audívit, nec in cor hóminis ascéndit, † quæ præparávit Deus iis qui díligunt illum: nobis autem revelávit Deus per Spíritum suum.

RESPONSORIUM BREVE cf. AG 52, 60, 151, 156,161




Ad Magnificat (p. 1432, 1434), ant. AG 261 (cf. OCO 416)






PRECES

Christum Dóminum benedicámus, qui lácrimas fléntium pius et miséricors absérsit, † eúmque amánter ac supplíciter invocémus: *Miserére pópuli tui, Dómine.*

Christe Dómine, qui húmiles consoláris,
— pone lácrimas páuperum in conspéctu tuo.
Audi, miséricors Deus, gémitus moriéntium,
— vísitet eos ángelus tuus atque confórtet.
Cognóscant éxules cuncti providéntiam tuam,
— terréstri reddántur pátriæ et in cæléstem tandem intróeant.
Qui mísere in peccáto versántur, tuo cedant amóri,
— et tibi ac tuæ reconciliéntur Ecclésiæ.
Defúnctos fratres salva propítius,
— ut plenam sortiántur redemptiónem tuam.

Pater noster *in tono simplice. Oratio Dominicæ de Proprio Tempore vel de Liturgia Horarum.*

## SABBATUM HEBDOMADÆ IV

### Ad Invitatorium

Ant.(Ps. t. 6a, p. 1379) AJ 1: 63 (cf. LHR 180!)




HYMNUS cf. AG 166




2. Per quem creátor ómnium
diem noctémque cóndidit,
ætérna lege sánciens
ut semper succédant sibi.

3. Tu vera lux fidélium,
quem lex vetérna non tenet,
noctis nec ortu súccidens,
ætérno fulgens lúmine.

4. Præsta, Pater ingénite,
totum ducámus iúgiter
Christo placéntes hunc diem
Sancto repléti Spíritu. Amen.



### Ad Officium lectionum

PSALMODIA

Ant. 1 AJ 1: 62, cf. Poissy MS, fo. 60v (cf. OCO 417)




Psalmus 49

[Deus deórum Dóminus locútus est, *
  † et vocávit terram a solis ortu usque ad occásum.
Ex Sion speciósa decóre Deus il**lú**xit, *]
  Deus noster véniet et *non* si**lé**bit:
Ignis consúmens est in conspéctu **e**ius, *
  et in circúitu eius tem*pé*stas **vá**lida.
Advocábit cælum de**súr**sum, *
  et terram, discérnere pó*pu*lum **su**um:
« Congregáte mihi sanctos **me**os, *
  qui disposuérunt testaméntum meum in *sa*cri**fí**cio ».
Et annuntiábunt cæli iustítiam **e**ius, *
  quóniam *De*us **iu**dex est.

Ant. 2 AM 544 (OCO vacat)





bo hós- ti- am laudis. *Ps.* Audi, pópulus meus, et lo*quar*; † Isra-



ël, et testifi-**cá**bor ad**vér**sum te: * Deus, Deus tu- *us* **e**go sum.

II

[« Audi, pópulus meus, et loquar; †
 Israël, et testificábor advérsum te: *
 Deus, Deus tuus ego sum.]
Non in sacrifíciis tuis **ár**gu**am** te; *
 holocáusta enim tua in conspéctu meo *sunt* **sem**per.
Non accípiam de domo **tu**a **ví**tulos, *
 neque de grégibus tu*is* **hir**cos.
Quóniam meæ sunt omnes **fe**ræ sil**vá**rum, *
 iumentórum mil*le* in **món**tibus.
Cognóvi ómnia vola**tí**lia **cæ**li, *
 et quod movétur in *a*gro **me**um est.
Si esuríero non **di**cam **ti**bi; *
 meus est enim orbis terræ et pleni*tú*do **e**ius.
Numquid manducábo **car**nes tau**ró**rum, *
 aut sánguinem hirc*órum* po**tá**bo?
Immola Deo sacri**fí**cium **lau**dis, *
 et redde Altíssimo *vo*ta **tu**a;
et ínvoca me in die tribu**la**ti**ó**nis: *
 éruam te, et hono*ri*fi**cá**bis me ».

Ant. 3 AN 44 (OCO vacat)

**VIII b**



Intel-lé-gi- te, qui obli-viscími-ni De- um. *Ps.* Pecca-tó-





ri autem dixit De- *us:* † Quare tu enárras præcépta **me-** a, * et as-



súmis testaméntum meum *in* os **tu-** um?

III

[Peccatóri autem dixit Deus: †
 « Quare tu enárras præcépta mea, *
 et assúmis testaméntum meum in os tuum?]
Tu vero odísti disci**plí**nam, *
 et proiecísti sermónes me*os* re**trór**sum.
Si vidébas furem, currébas cum **e**o; *
 et cum adúlteris erat pór*ti*o **tu**a.
Os tuum dimittébas ad ma**lí**tiam, *
 et lingua tua concin*ná*bat **do**los.
Sedens advérsus fratrem tuum loque**bá**ris, *
 et advérsus fílium matris tuæ proferé*bas* op**pró**brium.
Hæc fecísti, et tá*cu*i. †
 Existimásti quod eram tui **sí**milis: *
 árguam te, et státuam illa contra fá*ci*em **tu**am.
Intellégite hæc qui obliviscímini **De**um; *
 nequándo rápiam, et non sit *qui* e**rí**piat.
Qui immolábit sacrifícium laudis, honorificábit *me,* †
 et qui immaculátus est in **vi**a, *
 osténdam illi salu**tá**re **De**i ».

℣. Non cessámus pro vobis orántes et postulántes.
℟. Ut impleámini agnitióne voluntátis Dei.

*Responsoria prolixa ut in Sabbato Hebdomadæ I.*

## Ad Laudes matutinas

PSALMODIA

Ant. 1 AJ 1: 69, cf. Poissy MS, fo. 67v (cf. OCO 421)

VIII b



Bonum est confi- té- ri Dómi-no. *Ps.* et psállere nómini



tu- *o*, Al**tís**sime, annuntiáre mane misericórdiam **tu-** am. [flex]

Psalmus 91

[Bonum est confitéri Dómino, *
    † et psállere nómini tuo, Altíssime,
annuntiáre mane misericórdiam **tu**am, *]
    et veritátem tu*am* per **no**ctem,
in decachórdo et psal**té**rio, *
    cum cántic*o* in **cí**thara.
Quia delectásti me, Dómine, in factúra **tu**a, *
    et in opéribus mánuum tuárum *ex*sul**tá**bo.
Quam magnificáta sunt ópera tua, **Dó**mine: *
    nimis profúndæ factæ sunt cogitati*ó*nes **tu**æ.
Vir insípiens non co**gnó**scet, *
    et stultus non in*tél*le**get** hæc.
Cum germináverint peccatóres sicut **fe**num, *
    et florúerint omnes qui operántur i*ni*qui**tá**tem;
hoc tamen erit ad intéritum in sæculum **sæ**culi; *
    tu autem altíssimus in æ*tér*num, **Dó**mine.
Quóniam ecce inimíci tui, Dó*mi*ne, †
    quóniam ecce inimíci tui pe**rí**bunt, *
    et dispergéntur omnes qui operántur i*ni*qui**tá**tem.
Exaltábis sicut unicórnis cornu **me**um, *
    perfúsus sum *óle*o **ú**beri.
Et despíciet óculus meus inimícos **me**os, *
    et in insurgéntibus in me malignántibus áudiet *au*ris **me**a.



Iustus ut palma flo**ré**bit, *
    sicut cedrus Líba*ni* suc**cré**scet.
Plantáti in domo **Dó**mini, *
    in átriis Dei no*stri* flo**ré**bunt.
Adhuc fructus dabunt in se**néc**ta, *
    úberes et bene vi*rén*tes **e**runt
ut annúntient quóniam rectus Dóminus, refúgium **me**um, *
    et non est iníqui*tas* in **e**o.

Ant. 2 AM 369 (OCO 421)

VIII b



Aquam quam e-go dé- de- ro, qui bí- be- rit ex



e- a, non sí- ti- et unquam. *C.* Tollam quippe vos de gén-ti-



bus, † et congregábo vos de univérsis **ter-** ris, * et addúcam vos



in *ter*ram **ve-**stram.

Canticum Ez 36: 24–28

[Tollam quippe vos de géntibus, †
    et congregábo vos de univérsis terris, *
    et addúcam vos in terram vestram;]
et effúndam super vos aquam mun*dam*, †
    et mundabímini ab ómnibus inquinaméntis **ve**stris, *
    et ab univérsis idólis ve*stris* mun**dá**bo vos.
Et dabo vobis cor **no**vum, *
    et spíritum novum ponam in mé*di*o **ve**stri,
et áuferam cor lapídeum de carne **ve**stra, *
    et dabo vo*bis* cor **cár**neum;

et spíritum meum ponam in médio ve*stri*, †
   et fáciam ut in præcéptis meis ambu**lé**tis, *
   et iudícia mea custodiátis et *o*pe**ré**mini.
Et habitábitis in terra, quam dedi pátribus ve*stris*, †
   et éritis mihi in **pó**pulum, *
   et ego ero vo*bis* in **De**um.

Ant. 3 PM 9 (OCO 421)




Psalmus 8

[Dómine, Dóminus noster, *
   quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra;]
quóniam eleváta est magnifi**cén**tia **tu**a *
   *su*per **cæ**los.
Ex ore infántium et lactén*ti*um †
   perfecísti laudem propter ini**mí**cos **tu**os, *
   ut déstruas inimícum *et* ul**tó**rem.
Quando vídeo cælos tuos, ópera digi**tó**rum tu**ó**rum, *
   lunam et stellas quæ *tu* fun**dá**sti:
quid est homo, quod **me**mor es **e**ius? *
   aut fílius hóminis quoniam vi*si*tas **e**um?



Minuísti eum paulo minus ab án*ge*lis, †
   glória et honóre coro**ná**sti **e**um; *
   et constituísti eum super ópera mánu*um* tu**á**rum.
Omnia subiecísti sub pédibus e*ius*, †
   oves et boves **u**ni**vér**sas, *
   ínsuper et pé*co*ra **cam**pi,
vólucres cæli et **pi**sces **ma**ris, *
   quæcúmque perámbulant sé*mi*tas **ma**ris.
Dómine, **Dó**minus **no**ster, *
   quam admirábile est nomen tuum in uni*vér*sa **ter**ra!

LECTIO BREVIS

Benedícite persequéntibus vos: benedícite et nolíte maledícere. † Gáudere cum gaudiéntibus, flere cum fléntibus. Idípsum ínvicem sentiéntes: non alta sapiéntes, sed humílibus consentiéntes.

RESPONSORIUM BREVE cf. AG 39




Ad Benedictus, ant. (p. 1394) AJ 1: 70, cf. Poissy MS, fo. 67v (OCO 417)





ctus Dómi-nus De- us Isra- ël, * quia visitávit et fecit redemptió-



nem ple- bis su- æ.

PRECES

Christi benignitátem et sapiéntiam celebrémus, qui in ómnibus frátribus nostris, præsértim mala patiéntibus, conspiciéndum et diligéndum se trádidit. † Eum instánter orémus: *Pérfice nos in caritáte, Dómine.*
Resurrectiónem tuam iam mane recólimus,
— et benefícia redemptiónis tuæ cunctis optámus.
Præsta, Dómine, ut hódie testimónium de te perhibeámus,
— et hóstiam sanctam offerámus per te Patri placéntem.
Fac ut in ómnibus tuam agnoscámus imáginem,
— et tibi in eis ministrémus.
Christe, vitis vera, cuius nos pálmites sumus,
— da nos in te manére, ut fructum multum afferámus et Deum Patrem glorificémus.
Pater noster *in tono simplici. Oratio de Proprio temporis, vel de Liturgia Horarum.*

## Ad Horam mediam

PSALMODIA

Ant. 1 PM 277 (OCO 421)

I b



Fi- at ma-nus tu- a, Dó-mi-ne, ut salvum me fá-ci-



as, qui- a mandá- ta tu- a concu- pí-vi. *Ps.* Appropínquet de-





precátio mea in conspéctu **tu-** o, **Dó**mine; * iuxta verbum tuum



da mi-hi *in*tel-**lé-**ctum.

Psalmus 118: 169–176 (Tau)

[Appropínquet deprecátio mea in conspéctu tuo, Dómine; *
iuxta verbum tuum da mihi intelléctum.]
Intret postulátio mea in con**spé**ctu **tu**o, *
secúndum elóquium tuum *lí*be**ra** me.
Eructábunt lábia **me**a **hym**num, *
cum docúeris me iustificati*ó*nes **tu**as.
Cantet lingua mea e**ló**quium **tu**um, *
quia ómnia præcépta tu*a* ius**tí**tia.
Fiat manus tua ut **ádi**u**vet** me, *
quóniam mandáta tu*a* e**lé**gi.
Concupívi salutáre **tu**um, **Dó**mine, *
et lex tua delectá*ti*o **me**a est.
Vivet ánima mea **et** lau**dá**bit te, *
et iudícia tua *ad*iu**vá**bunt me.
Errávi sicut **o**vis quæ **pé**riit; *
quære servum tuum, quia præcépta tua non *sum* o**blí**tus.

Ant. 2 PM 105 (OCO 421)

VII b



Unxit te De- us, De- us tu- us o- le- o læ- tí- ti- æ



præ consór-ti-bus tu- is. *Ps.* Eructávit cor meum verbum bo*num* †



dico ego ópera **me-** a **re-** gi. * Lingua mea cálamus scribæ ve-



ló-ci-**ter** scri**bén**-tis.

Psalmus 44 (I)

[Eructávit cor meum verbum bonum, †
dico ego ópera mea regi. *
Lingua mea cálamus scribæ velóciter scribéntis.]
Speciósus forma es præ fíliis hó*mi*num, †
diffúsa est grátia in **lá**biis **tu**is, *
proptérea benedíxit te Deus **in** æ**tér**num.
Accíngere gládio tuo super femur tuum, **po**ten**tís**sime; *
splendóre tuo et ornátu tuo próspe**re** pro**cé**de;
currum ascénde propter veritátem et mansuetúdinem **et** ius**tí**tiam. *
Et sagittábit pro te mirabíliter **déx**tera **tu**a:
sagíttæ tuæ acú*tæ* †
— pópuli **sub** te **ca**dent — *
in corda inimi**có**rum **re**gis.
Sedes tua, Deus, in **sǽ**culum **sǽ**culi; *
sceptrum æquitátis sceptrum **re**gni **tu**i.
Dilexísti iustítiam et odísti iniquitá*tem,* †
proptérea unxit te Deus, **De**us **tu**us, *
óleo lætítiæ præ con**sór**tibus **tu**is.
Myrrha et áloe et cásia ómnia vesti**mén**ta **tu**a, *
e dómibus ebúrneis chordæ de**lec**ta**vé**runt te.
Fíliæ regum inter hono**rá**tas **tu**as; *
ástitit regína a dextris tuis ornáta **au**ro ex **O**phir.

Ant. 3 NA 37 (OCO 421 = * )

VI



Confi- te-búntur ti-bi pó-pu- li, De- us, in æ-térnum.





*Ps.* Audi, fília, et vi-*de*, † et inclína **au-**rem **tu-** am, * et oblivísce-



re pópulum tuum et domum *pa*tris **tu-** i.

II

[Audi, fília, et vide, †
et inclína aurem tuam, *
et oblivíscere pópulum tuum et domum patris tui;]
et concupíscet rex **spé**ciem **tu**am, *
quóniam ipse est dóminus tuus, et a*dó*ra **e**um.
Fíliæ Tyri **cum** mu**né**ribus; *
vultum tuum deprecabúntur dí*vi*tes **ple**bis.
Gloriósa nimis fília **re**gis in**trín**secus, *
textúris áureis cir*cum*a**mí**cta.
In véstibus variegátis addu**cé**tur **re**gi; *
vírgines post eam, próximæ eius, affe*rún*tur **ti**bi.
Afferúntur in lætítia et exsul**ta**ti**ó**ne, *
adducúntur in *do*mum **re**gis.
Pro pátribus tuis erunt **ti**bi **fí**lii; *
constítues eos príncipes super *om*nem **ter**ram.
Memor ero **nó**minis **tu**i *
in omni generatióne et gene*ra*ti**ó**ne;
proptérea pópuli confite**bún**tur **ti**bi *
in ætérnum et in sǽ*cu*lum **sǽ**culi.

## Ad Tertiam

Lectio brevis

Deus noster est Deus vivens et pérmanens in sæcula, † et regnum eius non dissipábitur, et potéstas eius usque in ætérnum: ipse liberátor atque salvátor et fáciens signa et mirabília in cælo et in terra.

℣. Vacáte, et vidéte quóniam ego sum Deus.
℟. Exaltábor in géntibus et exaltábor in terra.

*Orationes ut ad Hebdomadæ I Horas medias.*

## Ad Sextam

LECTIO BREVIS

Deus patiéntiæ et solácii det vobis idípsum sápere in altérutrum secúndum Christum Iesum, † ut unánimes uno ore glorificétis Deum et Patrem Dómini nostri Iesu Christi: Propter quod suscípite ínvicem, sicut et Christus suscépit vos, in glóriam Dei.

℣. Beneplácitum est Dómino in pópulo suo.
℟. Et honorábit mansuétos in salútem.

## Ad Nonam

LECTIO BREVIS

Fratres, quæcúmque sunt vera, quæcúmque pudíca, quæcúmque iusta, quæcúmque casta, † quæcúmque amabília, quæcúmque bonæ famæ, si qua virtus et si qua laus, hæc cogitáte: et Deus pacis erit vobíscum.

℣. Exaltábo te, Deus meus rex.
℟. Et benedícam nómini tuo in sæculum sæculi.

# PSLAMODIA COMPLEMENTARIA

## Ad Tertiam

Ant. 1 AG 165 (cf. OCO 422)




Psalm 119

[Ad Dóminum cum tribulárer clamávi, *
et exaudívit me.]
Dómine, líbera ánimam meam a lábi**is** men**dá**cii, *
a **lin**gua do**ló**sa.
Quid detur tibi, aut quid appo**ná**tur **ti**bi, *
**lin**gua do**ló**sa?
Sagíttæ po**tén**tis a**cú**tæ *
cum carbónibus iu**ni**pe**ró**rum.
Heu mihi, quia peregrinátus **sum** in **Mo**soch; *
habitávi ad taber**ná**cula **Ce**dar;
multum íncola fuit **á**nima **me**a *
cum his qui o**dé**runt **pa**cem.
Ego **e**ram pa**cí**ficus; *
cum loquébar, illi **im**pug**ná**bant me.

Ant. 2 AG 165 (cf. OCO 422)





terram. *Ps.* Levábo óculos **me-**os in **mon-**tes: * unde véniet au-



xí-*li*- um **mi-** hi? [flex]

Psalmus 120

[Levábo óculos **me**os in **mon**tes: *
unde véniet auxí*li*um **mi**hi?]
Auxílium **me**um a **Dó**mino, *
qui fecit cæ*lum* et **ter**ram.
Non dabit in commotiónem **pe**dem **tu**um, *
neque dormitábit *qui* cu**stó**dit te.
Ecce non dormitábit **ne**que **dór**miet *
qui cus*tó*dit **Is**raël.
Dóminus custódit *te*, †
Dóminus um**brá**culum **tu**um, *
ad manum déx*te*ram **tu**am.
Per diem sol non per**cú**tiet te, *
neque lu*na* per **noc**tem.
Dóminus custódiet te ab **om**ni **ma**lo; *
custódiet ánimam *tu*am **Dó**minus.
Dóminus custódiet intróitum tuum et **é**xitum **tu**um, *
ex hoc nunc et us*que* in **sǽ**culum.

Ant. 3 AG 166 (cf. OCO 422)

IV a



Læ-tá-tus sum in his quæ di-cta sunt mi- hi. *Ps.* † in e- o



quod di-*xé*-runt **mi-** hi: * In domum *Dó*mi-ni **í-** bi-mus.



Psalm 121

[Lætátus sum † in eo quod dixérunt mihi: *
« In domum Dómini íbimus ».]
Stantes iam sunt *pe*des **no**stri *
in portis *tu*is, Ie**rú**salem.
Ierúsalem, quæ ædificáta *est* ut **cí**vitas *
sibi compá*cta* in i**díp**sum.
Illuc enim ascendérunt tribus, *tri*bus **Dó**mini, *
testimónium Israël, ad confiténdum *nó*mini **Dó**mini.
Quia illic sedérunt sedes *ad* iu**dí**cium, *
se*des* domus **Da**vid.
Rogáte quæ ad pacem *sunt* Ie**rú**salem, *
secúri *sint* dili**gén**tes te.
Fiat pax in *mu*ris **tu**is, *
et secúritas in *túr*ribus **tu**is.
Propter fratres meos et pró*xi*mos **me**os *
*lo*quar: « Pax **in** te! »
Propter domum Dómini *De*i **no**stri *
exquí*ram* bona **ti**bi.

**Ad Sextam**

Ant. 1 AG 187 (cf. OCO 422)

VIII a



Qui há-bi- tas in cæ- lis, mi-se-ré-re nobis. *Ps.* Ad te



levávi óculos **me-** os, * qui hábi-*tas* in **cæ-** lis.

Psalmus 122

[Ad te levávi óculos **me**os, *
qui hábi*tas* in **cæ**lis.]
Ecce sicut óculi servórum ad manus dominórum su**ó**rum, *
sicut óculi ancíllæ ad manus dó*mi*næ **su**æ,

ita óculi nostri ad Dóminum Deum **nos**trum, *
 donec miser*eá*tur **nos**tri.
Miserére nostri, Dómine, miserére **nos**tri, *
 quia multum repléti sumus de*spec*ti**ó**ne;
quia multum repléta est ánima **nos**tra *
 derisióne abundántium et despectióne *su*per**bó**rum.

Ant. 2 AG 188 (cf. OCO 422)

I c



Adiutó-ri- um nostrum in nómi-ne Dómi-ni. *Ps.* Ni-si



quia Dóminus erat in nobis, dicat nunc Isra-*ël*, † nisi quia Dómi-



nus **e**rat in **no-** bis, * cum exsúrgerent hó*mi*-nes **in** nos.

Psalmus 123

[Nisi quia Dóminus erat in nobis, dicat nunc Isra*ël*, †
 nisi quia Dóminus **e**rat in **no**bis, *
 cum exsúrgerent hó*mi*nes **in** nos.]
Forte vivos **de**glu**tís**sent nos, *
 cum irascerétur furor e*ó*rum **in** nos.
Fórsitan aqua absorbuísset *nos*, †
 torrens pertransísset **á**nimam **nos**tram, *
 fórsitan pertransíssent ánimam nostram aquæ in*tu*me**scén**tes.
Bene**díc**tus **Dó**minus, *
 qui non dedit nos in direptiónem dénti*bus* e**ó**rum.
Anima nostra sicut **pas**ser e**rép**ta est *
 de láque*o* ve**nán**tium:
láque**us** con**trí**tus est *
 et nos e*rép*ti **su**mus.
Adiutórium nostrum in **nó**mine **Dó**mini, *
 qui fecit *cæ*lum et **ter**ram.



Ant. 3 AG 188 (cf. OCO 422)

I b



In cir-cú- i- tu pó-pu- li su- i Dó- mi-nus, ex hoc



nunc et usque in sǽcu-lum. *Ps.* Qui confídunt in Dómino, **sic**-ut



mons **Si-** on: * non commovébitur, in æ-*tér*num **ma-** net. [flex]

Psalm 124

[Qui confídunt in Dómino, sicut mons Sion: *
 non commovébitur, in ætérnum manet.]
Ierúsalem, montes in circúitu e*ius*, †
 et Dóminus in circúitu **pó**puli **su**i, *
 ex hoc nunc et us*que* in **sǽ**culum.
Quia non requiéscet virga iniquitátis super **sor**tem ius**tó**rum, *
 ut non exténdant iusti ad iniquitátem *ma*nus **su**as.
Bénefac, **Dó**mine, **bo**nis *
 et *rec*tis **cor**de.
Declinántes autem per vias pra*vas* †
 addúcet Dóminus cum operántibus i**ni**qui**tá**tem. *
 Pax *su*per **Is**raël.

**Ad Nonam**

Ant. 1 AG 189 (cf. OCO 422)

VII a



Magni-fi-cá-vit Dómi- nus fá-ce-re no-bí-scum: fa-cti su-



mus læ-tantes. *Ps.* In converténdo Dóminus captivi-**tá-** tem **Si-**



on, * facti sumus quasi **som**ni- **án-**tes.

Psalm 125

[In converténdo Dóminus captivitátem Sion, *
facti sumus quasi somniántes.]
Tunc replétum est gáudi**o** os **no**strum, *
et lingua nostra exsul**ta**ti**ó**ne.
Tunc dicébant **in**ter **gen**tes: *
« Magnificávit Dóminus fáce**re** cum **e**is ».
Magnificávit Dóminus fáce**re** no**bís**cum; *
facti **su**mus læ**tán**tes.
Convérte, Dómine, captivi**tá**tem **no**stram, *
sicut tor**rén**tes in **au**stro.
Qui sémin**ant** in **lá**crimis, *
in exsultati**ó**ne **me**tent.
Eúntes **i**bant et **fle**bant, *
semen spar**gén**dum por**tán**tes;
veniéntes autem vénient in exsul**ta**ti**ó**ne, *
portántes ma**ní**pulos **su**os.

Ant. 2 AG 190 (cf. OCO 422)



Dómi-nus ædí-fi-cet no-bis domum et custó-di- at



ci-vi-tá-tem. *Ps.* Ni-si Dóminus ædificáverit **do-**mum, * in va-





num labórant qui æ-**dí-**fi-cant **e-** am. [flex]

Psalmus 126

[Nisi Dóminus ædificáverit **do**mum, *
in vanum labórant qui æ**dí**ficant **e**am.]
Nisi Dóminus custodíerit civi**tá**tem, *
frustra vígilat qui cu**stó**dit **e**am.
Vanum est vobis ante lucem súr*ge*re, †
et sero quiéscere, et manducáre panem la**bó**ris. *
Verúmtamen dabit ipse diléctis **su**is du**plí**cia.
Ecce heréditas Dómini, **fí**lii, *
merces **fruc**tus **ven**tris.
Sicut sagíttæ in manu po**tén**tis, *
ita fílii *iu*ven**tú**tis.
Beátus vir qui implévit pháretram suam ex **ip**sis; *
non confundétur, cum loquétur inimícis **su**is in **por**ta.

Ant. 3 AG 209 (cf. OCO 422)



Be- a- ti omnes qui timet Dómi-num. *Ps.* † qui ám-



bulat in vi- *is* **e-** ius. Labóres mánuum tuárum mandu-**cá-** bis. *

Psalm 127

[Beátus omnis qui timet Dóminum, *
† qui ámbulat in viis eius.
Labóres mánuum tuárum mandu**cá**bis, *]
beátus es, et bene ti*bi* **e**rit.
Uxor tua sicut vitis fruc**tí**fera *
in latéribus do*mus* **tu**æ;
fílii tui sicut novéllæ oli**vá**rum *

in circúitu men*sæ* **tu**æ.
Ecce sic benedicétur **ho**mo, *
qui ti*met* **Dó**minum.
Benedícat tibi Dóminus ex **Si**on, *
et vídeas bona Ierúsalem ómnibus diébus vi*tæ* **tu**æ;
et vídeas fílios filiórum tu**ó**rum. *
Pax su*per* **Is**raël.

# PROPRIUM DE SANCTIS

## AUGUSTUS

Die 1 Augusti
S. ALPHONSI MARIÆ DE' LIGUORI
EPISCOPI ET ECCLESIÆ DOCTORIS
Memoria obligatoria

*De commune pastorum, præter sequentia:*

*Oratio*

Deus, qui in Ecclésia tua nova semper instáuras exémpla vitútum; da, nobis in zelo animárum beáti Alfónsi Maríæ epíscopi ita vestígiis adhærére, ut eius in cælis assequámur et præmia: Per Dóminum.

Die 2 Augusti
B. IOANNÆ, MATRIS S. P. DOMINICI

*De commune sanctorum mulierum, pro iis quæ opera misericordiæ exercuerunt, præter sequentia:*

*Responsorium prolixum post Lectionem secundam Officii lectionum,* Frange esurienti*, AJ 2 Supp 32 (POP 286).*

Ad Benedictus, ant. (p. 1427) AG 106* (POP 287)









*Oratio*

Excita, Dómine, in pópulo tuo spíritum evangélicum; quo repléta Beáta Ioánna fílios Domínicum et Mannem ad vitam apostólicam præparávit: Per Dominum.

Ad Magnificat, ant. (p. 1454) AG 108* (POP 278)




Die 4 Augusti
S. IOANNIS MARIÆ VIANNEY, PRESBYTERI
Memoria obligatoria

*De commune pastorum, præter sequentia:*

*Oratio*

Omnípotens et misericors Deus, qui sanctum Ioánnem Maríam

presbýterum pastoráli stúdio mirábilem effecísti; da, quǽsumus, ut, eius exémplo et intercessióne, fratres in caritáte Christo lucrémur, et cum eis ætérnam glóriam cónsequi valeámus: Per Dóminum.

Die 5 Augusti

## IN DEDICATIONE BASILICÆ S. MARIÆ

*De commune B. Mariæ Virginis, præter sequentia:*

Ad Benedictus, ant. (p. 1391) AG Add 14** (CF. OCO 435)




*Oratio*

Famulórum tuórum, quǽsumus, Dómine, delíctis ignósce: ut, qui tibi placére de áctibus nostris non valeámus; Genetrícis Fílii tui intercessióne salvémur: Per Dóminum.

Ad Magnificat, ant. (p. 1430) AM 705 (OCO 435)









*Vel (p. 1454):* cf. AG 136* (cf. OCO 435)






Die 6 Augusti

## TRANSFIGURATIONIS D. N. IESU CHRISTI

Festum

### Ad I Vesperas

(Quando festum occurrit die Dominica)

*Hymnus ut ad II Vesperas.*

PSALMODIA

Ant. 1 AG 426 (OCO 435)






Psalmus 112

[Laudáte, púeri Dómini, *
laudáte nomen Dómini.]
Sit nomen Dómini **be**ne**díc**tum *
ex hoc nunc et us*que* in **sǽ**culum.
A solis ortu usque **ad** oc**cá**sum *
laudábile *no*men **Dó**mini.
Excélsus super omnes **gen**tes **Dó**minus, *
super cælos glór*ia* **e**ius.
Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in **al**tis **há**bitat, *
et humília réspicit in cælo *et* in **ter**ra?
Súscitans de **ter**ra **ín**opem, *
de stércore ér*i*gens **páu**perem,
ut cóllocet eum **cum** prin**cí**pibus, *
cum princípibus pó*pu*li **su**i.
Qui habitáre facit stéri**lem** in **do**mo, *
matrem filió*rum* læ**tán**tem.

Ant. 2 AG 890 (cf. OCO)




Psalmus 116

[Laudáte Dóminum, omnes gentes, *
collaudáte eum, omnes pópuli;]
quóniam confirmáta est super nos miseri**cór**dia **e**ius, *
et véritas Dómini *ma*net in æ**tér**num.

Ant. 3 AG 424




Canticum Ap 19: 1–7











LECTIO BREVIS

Nostra conversátio in cælis est, unde étiam Salvatórem expectámus Dóminum nostrum Iesum Christum, † qui reformábit corpus humilitátis nostræ configurátum córpori claritátis suæ: secúndum operatiónem qua étiam possit subícere sibi ómnia.

RESPONSORIUM BREVE AG 981




*Vel responsorium prolixum:* AG 887 (POP 658)









Ad Magnificat, ant. (p. 1454) AG 889 (cf. OCO 435)



so glo- ri- ó-sus appa- ré- re hó-di- e digná- tus est, alle-

lu-ia. *C.* Magní-fi-cat * ánima me- a Dómi-num.

*Preces et oratio ut ad II Vesperas.*

**Ad Invitatorium**

Ant. (Ps. t. 5, p. 1375) LHR 408

V Summum Re- gem gló- ri- æ, ve-ní-

te, ad- o- ré- mus. *Ps.* Ve-ní- te.

HYMNUS cf. AG 887

VII 1. Dulcis Iesu memó- ri- a, dans ve- ra cordi gáudi- a,

sed super mel et ómni- a e- ius dulcis præ-sén- ti- a.

2. Nil cá- ni-tur su- á- vi- us, audí- tur nil iu- cún-di- us,



nil co-gi- tá- tur dúlci- us quam Ie- sus De- i Fí- li- us.

3. Ie-su, dulcé-do cór- di- um, fons ve- ri, lu-men ménti- um,

excé-dis omne gáudi- um et om- ne de- si-dé- ri- um.

4. Quando cor nostrum ví- si- tas, tunc lu- cet e- i vé- ri- tas,

mundi vi- léscit vá-ni- tas et in- tus fer-vet cá- ri- tas.

ut notum fáceret nobis sacraméntum volun**tá**tis **su**æ, *
secúndum bene**plá**citum **e**ius,
quod propósu**it** in **e**o, *
in dispensatióne pleni**tú**dinis **tém**porum,
instauráre ómni**a** in **Chri**sto, *
quæ in cælis et **quæ** in **ter**ra sunt.

LECTIO BREVIS

Sunt Israëlitæ, quorum adoptio est filiorum et gloria et testamentum et legislatio et obsequium et promissa, † quorum patres, et ex quibus est Christus secundum carnem: qui est super omnia Deus benedictus in sæculum, Amen.

Ad Magnificat, ant. (p. 1430) AM 1031 (OCO 348)






Die 12 septembris
## SANCTISSIMI NOMINIS MARIÆ
Memoria ad libitum

*De commune B. Mariæ Virginis, præter sequentia:*

*Oratio*

Concéde, quæsumus, omnípotens Deus; ut cunctis gloriósum beátæ Maríæ Vírginis nomen celebrántibus misericórdiæ tuæ benefícia ipsa procúret: Per Dóminum.

Die 13 septembris
## S. IOANNIS CHRYSOSTOMI, EPISCOPI ET ECCLESIÆ DOCTORIS
Memoria obligatoria

*De commune doctorum Ecclesiæ, præter sequentia:*

**Ad Laudes matutinas et Vesperas**

HYMNUS cf. AG 92*










ut De- i se- dem ce- le- res pe- tamus, dulci-bus te- cum



so-ni-tu-r*i* amo- ris vo-ci-bus hymnos. A- men.

*Oratio*

Deus, in te sperántium fortitúdo: qui beátum Ioánnem Chrysóstomum epíscopum mira eloquéntia et tribulatiónis experiménto caréscere voluísti, da nobis, quǽsumus; ut, eius doctrínis erudíti, invíctæ patiéntiæ roborémur exémplo: Per Dóminum.

Die 14 septembris

IN EXALTATIONE SANCTÆ CRUCIS

Festum

**Ad I Vesperas**

(Quando festum occurit die Dominica)

*Hymnus ut ad II Vesperas.*

PSALMODIA

Ant. 1 AG 26 (cf. OCO 439)

I



Cru- ci- fí-xus surré- xit a mór-tu- is, et re- de-mit



nos, al-le- lú-ia, al-le-lú-ia. *Ps.* Laudá-te Dóminum, quóniam





bonum est psállere **De-** o **no**-stro * quóniam iucúndum est cele-



b*rá*-re **lau-**dem.

Psalmus 146: 1–11

[Laudáte Dóminum, quóniam bonum est psállere Deo nostro *
quóniam iucúndum est celebráre laudem.]
Ædíficans Ie**rú**salem **Dó**minus, *
dispérsos Isrǽlis *con*gre**gá**bit.
Qui sanat con**trí**tos **cor**de, *
et álligat pla*gas* e**ó**rum;
qui númerat multitúdi**nem** stel**lá**rum, *
et ómnibus eis nó*mi*na **vo**cat.
Magnus Dóminus noster, et **mag**nus vir**tú**te, *
sapiéntiæ eius *non* est **nú**merus.
Susténtat mansu**é**tos **Dó**minus, *
humílians autem peccatóres us*que* ad **ter**ram.
Præcínite Dómino in con**fes**si**ó**ne, *
psállite Deo nos*tro* in **cí**thara.
Qui óperit **cæ**lum **nú**bibus, *
et parat *ter*ræ **plú**viam.
Qui prodúcit in **món**tibus **fe**num, *
et herbam servién*ti*bus **hó**mini.
Qui dat iuméntis **es**cam ip**só**rum, *
et pullis corvórum invocán*ti*bus **e**um.
Non in fortitúdine equi **de**lec**tá**tur, *
nec in tíbiis viri benepláci*tum* est **e**i.
Beneplácitum est Dómino super ti**mén**tes **e**um, *
et in eis qui sperant super misericór*di*a **e**ius.

Ant. 2 Poissy MS, fo. 329[r], cf. AJ 2:561 (cf. OCO 439)




Psalmus 147: 12–20

[Lauda, Ierúsalem, Dóminum; *
colláuda Deum tuum, Sion.]
Quóniam confortávit seras por**tá**rum tu**á**rum, *
benedíxit fíliis *tu*is **in** te.
Qui ponit fines **tu**os **pa**cem, *
et ádipe fruménti *sá*ti**at** te.
Qui emíttit elóquium **su**um **ter**ræ, *
velóciter currit *ver*bum **e**ius.
Qui dat nivem **sic**ut **la**nam, *
pruínam sicut cí*ne*rem **spar**git.
Mittit crystállum suam **sic**ut buc**cél**las; *
ante fáciem frígoris eius quis *sus*ti**né**bit?
Emíttet verbum suum et lique**fá**ciet **e**a, *
flabit spíritus eius, et *flu*ent **a**quæ.
Qui annúntiat verbum **su**um **Ia**cob, *
lustítias et iudícia *su*a **Is**raël.
Non fecit táliter omni **na**ti**ó**ni, *
et iudícia sua non manifes*tá*vit **e**is.



Ant. 3 AG 803 (cf. OCO 439)




Canticum Phil 2: 6-11

[Christus Iesus, cum in forma **Dei es**set, *
non rapínam arbitrátus est esse se æ**quá**lem **De**o,]
sed semetípsum exinanívit, formam servi accí*pi*ens, †
in similitúdinem **hó**minum **fac**tus *
et hábitu in**vén**tus ut **ho**mo.
Humiliávit semetíp*sum* †
factus obœdiens **us**que ad **mor**tem, *
mortem **au**tem **cru**cis.
Propter quod et Deus exaltávit il*lum* †
et donávit *il*li **no**men, *
quod est super omne **no**men,
ut in nómine Iesu omne **ge**nu flec**tá**tur *
cæléstium, terréstrium **et** infer**nó**rum,
et omnis lingua con**fi**te**á**tur *
quia Dóminus Iesus Christus in glória est **Dei Pa**tris.

LECTIO BREVIS

Prædicámus Christum crucifíxum, Iudǽis quidem scándalum, Géntibus autem stultítiam, † ipsis autem vocátis, Iudǽis atque

Græcis: Christum Dei virtútem et Dei sapiéntiam.

RESPONSORIUM BREVE




*Vel responsorium prolixum:* AG 799 (POP 660)









*Vel (POP 660:* O crux, *AJ 2: 567, vel* Tuam Crucem, *AJ 2: 565.*

Ad Magnificat, ant. (p. 1454) AG 933 (cf. OCO 439)




*Preces ut ad II Vesperas, p. 835; Oratio ut ad Laudes matutinas.*

## Ad Invitatorium

Ant. (Ps. t. 6b, p. 1382) LHR 431




HYMNUS cf. AG 77









**Ad Officium lectionum**

PSALMODIA

Ant. 1 AG 802 (cf. OCO 439)





i-**ná**ni- a? [flex]

Psalmus 2

[Quare fremuérunt gentes, *
et pópuli meditáti sunt inánia?]
Astitérunt reges ter*ræ*, †
et príncipes conven**é**runt in **u**num *
advérsus Dóminum et advérsus *chri*stum **e**ius:
« Dirumpámus víncu**la** e**ó**rum, *
et proiciámus a nobis iu*gum* **i**p**só**rum! »
Qui hábitat in cælis irri**dé**bit **e**os, *
Dóminus subsan*ná*bit **e**os.
Tunc loquétur ad eos in **i**ra **su**a, *
et in furóre suo contur*bá*bit **e**os:
« Ego autem constítui **re**gem **me**um *
super Sion, montem *san*ctum **me**um! »
Prædicábo decrétum e*ius*: †
Dóminus dixit ad me: « Fílius **me**us **es** tu, *
ego hódie *gé*nui te.
Póstula a me, et dabo tibi gentes heredi**tá**tem **tu**am, *
et possessiónem tuam tér*mi*nos **ter**ræ.
Reges eos in **vir**ga **fér**rea, *
et tamquam vas fíguli con*frín*ges **e**os ».
Et nunc, reges, **in**tel**lé**gite, *
erudímini, qui iudi*cá*tis **ter**ram.
Servíte Dómino **in** ti**mó**re, *
et exsultáte ei *cum* tre**mó**re.
Apprehéndite disciplí*nam*, †
nequándo irascátur, et pere**á**tis de **vi**a, *
cum exárserit in brevi *i*ra **e**ius.
Be**á**ti, **om**nes *
qui confí*dunt* in **e**o.

Ant. 2 GS 307 (OCO 439)



I b



Sanctum nomen Dómi-ni in cru-ce ex-al-tá- tum est



conféssi- o e- ius su-per cæ- lum et terram. *Ps.* Dómine, **Dó-**



minus **no-**ster, * quam admirábile est nomen tuum in uni-*vér*sa



**ter-** ra. [flex]

Psalmus 8

[Dómine, Dóminus noster, *
quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra;]
quóniam eleváta est magnificéntia tua *
super cælos.
Ex ore infántium et lactén*ti*um †
perfecísti laudem propter ini**mí**cos **tu**os, *
ut déstruas inimícum *et* ul**tó**rem.
Quando vídeo cælos tuos, ópera digi**tó**rum tu**ó**rum, *
lunam et stellas quæ *tu* fun**dá**sti:
quid est homo, quod **me**mor es **e**ius? *
aut fílius hóminis, quóniam ví*si*tas **e**um?
Minuísti eum paulo minus ab án*ge*lis, †
glória et honóre coro**ná**sti **e**um; *
et constituísti eum super ópera mánu*um* tu**á**rum.
Omnia subiecísti sub pédibus e*ius*, †
oves et boves **u**ni**vér**sas, *
ínsuper et pé*co*ra **cam**pi,
vólucres cæli et **pi**sces **ma**ris, *
quæcúmque perámbulant sé*mi*tas **ma**ris.
Dómine, Dóminus **no**ster, *

quam admírábile est nomen tuum in uni*vér*sa **ter**ra!

Ant. 3 AM 503 (OCO 439)




Psalmus 95

[Cantáte Dómino cánticum novum, *
cantáte Dómino, omnis terra.]
Cantáte Dómino, benedícite nómini **e**íus, *
annuntiáte de die in diem salu*tá*re **e**ius.
Annuntiáte inter gentes glóriam **e**ius, *
in ómnibus pópulis mira*bí*lia **e**ius.
Quóniam magnus Dóminus et laudábilis **ni**mis, *
terríbilis est super *om*nes **de**os.
Quóniam omnes dii géntium i**ná**nia, *
Dóminus autem *cæ*los **fe**cit.
Magnificéntia et pulchritúdo in conspéctu **e**ius, *
poténtia et decor in sanctuá*ri*o **e**ius.
Afférte Dómino, famíliæ populó*rum*, †
afférte Dómino glóriam po**tén**tiam, *
afférte Dómino glóriam nó*mi*nis **e**ius.
Tóllite hóstias et introíte in átria **e**ius, *
adoráte Dóminum in splen*dó*re **sanc**to.
Contremíscite a fácie eius, univérsa **ter**ra, *
dícite in géntibus: « Dómi*nus* reg**ná**vit ».
Etenim corréxit orbem terræ qui non commo**vé**bitur; *
iudicábit pópulos in *æ*qui**tá**te.



Læténtur cæli et exsúltet ter*ra*, †
sonet mare et pleni**tú**do **e**ius; *
gaudébunt campi et ómnia *quæ* in **e**is sunt.
Tunc exsultábunt ómnia ligna silvá*rum* †
a fácie Dómini, quia **ve**nit, *
quóniam venit iudi*cá*re **ter**ram.
Iudicábit orbem terræ in ius**tí**tia *
et pópulos in veri*tá*te **su**a.

℣. Sicut Móyses exaltávit serpéntem in desérto.
℟. Ita exaltári opórtet Fílium hóminis.

*Responsoria prolixa: post Lectionem primam,* O crux benedicta*, AJ 2: 567 (POP 660); post Lectionem secundam,* Tuam crucem adoremus*, AJ 2: 565 (POP 660), vel* Per tuam crucem*, ut ad I Vesperas.*

## Ad Laudes matutinas

PSALMODIA

Ant. 1 AG 799 (cf. OCO 439)




Psalmus 62: 2–9

[Deus, Deus meus es tu; *
ad te de luce vígilo.]
Sitívit in te ánima **me**a, *
te desiderávit ca*ro* **me**a.
In terra desérta et árida et inaquó*sa,* †
sic in sancto appárui **ti**bi, *
ut vidérem virtútem tuam et glóriam **tu**am.
Quóniam mélior est misericórdia tua su*per* **vi**tas, *
lábia mea *lau***dá**bunt te.
Sic benedícam te in vita **me**a, *
et in nómine tuo levábo ma*nus* **me**as.
Sicut ádipc et pinguédine repleátur ánima **me**a, *
et lábiis exsultatiónis laudábit *os* **me**um.
Cum memor ero tu¡ super stratum **me**um, *
in matutínis medítá*bor* **de** te,
quia fuísti adiútor **me**us, *
et in velaménto alárum tuárum ex*sul***tá**bo.
Adhǽsit ánima mea **post** te, *
me suscépit déxte*ra* **tu**a.

Ant. 2 AG 803 (cf. OCO 439)




Crux be-ne- dí-cta ni- tet, Dómi- nus qua car- ne pe-



pén- dit atque cru- ó- re su- o vúlne- ra nostra la- vit.



*C.* Bene-dícite, ómnia ópera Dómini, **Dó**mino; * laudáte et super-



exaltáte e- *um* in **sǽ**cu-la.



Canticum Dan 3: 57–88, 56

[Benedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino; *
laudáte et superexaltáte eum in sǽcula.]
Benedícíte, ángeli Dómini, **Dó**mino; *
benedícite, *cæ*li, **Dó**mino.
Benedícite, aquæ omnes quæ super cælos sunt, **Dó**mino; *
benedícite, omnes vírtútes Dó*mi*ni, **Dó**mino.
Benedícite, sol et luna, **Dó**mino; *
benedícite, stellæ *cæ*li, **Dó**mino.
Benedícite, omnis imber et ros, **Dó**mino; *
benedícite, omnes spíritus *De*i, **Dó**mino.
Benedícite, ignis et æstus, **Dó**mino; *
benedícite, frigus et *æ*stus, **Dó**mino.
Benedícite, rores et pruína, **Dó**mino; *
benedícite, gelu et *fri*gus, **Dó**mino.
Benedícite, glácies et nives, **Dó**mino; *
benedícite, noctes et *di*es, **Dó**mino.
Benedícite, lux et ténebræ, **Dó**mino; *
benedícite, fúlgura et *nu*bes, **Dó**mino.
Benedícat terra **Dó**minum; *
laudet et superexáltet e*um* in **sǽ**cula.
Benedícite, montes et colles, **Dó**mino; *
benedícite, universa germinántia in *ter*ra **Dó**mino.
Benedícite, fontes, **Dó**mino; *
benedícite, mária et flú*mi*na, **Dó**mino.
Benedícite, cete et ómnia quæ movéntur in aquis, **Dó**mino; *
benedícite, omnes vólucres *cæ*li, **Dó**mino.
Benedícite, omnes béstiæ et pécora, **Dó**mino; *
benedícite, fílii hó*mi*num **Dó**mino.
Benedícat Israël **Dó**mino; *
laudet et superexáltet e*um* in **sǽ**cula.
Benedícite, sacerdótes Dómini **Dó**mino; *
benedícite, servi Dó*mi*ni, **Dó**mino.
Benedícite, spíritus et ánimæ iustórum, **Dó**mino; *
benedícite, sancti et húmiles *cor*de, **Dó**mino.
Benedícite, Ananía, Azaría, Mísaël, **Dó**mino; *
laudáte et superexaltáte e*um* in **sǽ**cula.
Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto **Spí**ritu; *
laudémus et superexaltémus e*um* in **sǽ**cula.

Ant. 3 AJ 2: 566 (cf. OCO 439)




Psalmus 149

[Cantáte Dómino cánticum novum; *
laus eius in ecclésia sanctórum.]
Lætétur Israël in eo qui **fe**cit **e**um, *
et fílii Sion exsúltent in **re**ge **su**o.
Laudent nomen **e**ius in **cho**ro, *
in tympano et cíthara **psal**lant **e**i.
Quia beneplácitum est Dómino in **pó**pulo **su**o, *
et honorábit mansuétos **in** sa**lú**tem.
Iúbilent **san**cti in **gló**ria, *
læténtur in cu**bí**libus **su**is.
Exaltatiónes Dei in **gút**ture e**ó**rum, *
et gládii ancípites in máni**bus** e**ó**rum,
ad faciéndam vindíctam **in** nati**ó**nibus, *
castigati**ó**nes in **pó**pulis,
ad alligándos reges eórum **in** com**pé**dibus, *
et nóbiles eórum in **má**nicis **fér**reis,
ad faciéndum in eis iudíci**um** con**scrí**ptum: *
glória hæc est ómnibus **san**ctis **e**ius.



LECTIO BREVIS

Vidémus Iesum propter passiónem mortis glória et honóre coronátum: ut grátia Dei pro ómnibus gustáverit mortem: † Decébat enim eum, propter quem ómnia et per quem ómnia, qui multos fílios in glóriam addúxit: auctórem salútis eórum per passiónes consummáre.

RESPONSORIUM BREVE cf. AJ 1: 692




Ad Benedictus, ant. (p. 1406) AJ 2: 566; OHS 179 (cf. OCO 439)





so mundo. *C.* Be-ne-díctus Dómi-nus De- us Isra- ël, * qui-a vi-



sitávit et fecit redemptiónem ple-bis su- æ.

PRECES

Redemptórem nostrum, qui per crucem suam nos redémit, † fidénter deprecémur: *Per crucem tuam salva nos, Dómine.*
Fili Dei, qui per signum serpéntis ænei sanásti pópulum Israël,
— prótege nos hódie a morsu peccáti.
Fili hóminis, qui exaltátus es in cruce sicut a Móyse serpens in desérto,
— exálta nos ad gáudia regni tui.
Fili unigénite Patris, qui datus es mundo, ut omnis qui credit in te, non péreat,
— concéde vitam ætérnam quæréntibus fáciem tuam.
Fili dilécte Patris, qui non missus es in mundum ut iúdices mundum, sed ut per te salvétur mundus,
— da fidem propínquis nostris, ne péreant.
Fili ætérne Patris, qui ignem venísti míttere in terram et voluísti ut accendátur,
— præsta, ut faciámus veritátem et veniámus ad lucem.
Pater noster *in tono sollemni.*

*Oratio*

Deus, qui Unigénitum tuum crucem subíre voluísti, ut salvum fáceret genus humánum, præsta, quæsumus; ut, cuius mystérium in terra cognóvimus, eius redemptiónis prǽmia in cælo cónsequi mereántur: Per Dóminum.

## Ad Horam mediam

*Antiphonæ sequentes adhibentur cum psalmis complementariis quando celebratur cum gradu sollemnitatis, etiam cum psalmis Dominicæ hebdomadæ primæ, quando celebratur in die Dominica. Lectiones breves semper adhiberi debunt.*



### Ad Tertiam

Ant. Poissy MS fo. 330r; cf. AJ 2: 562 (cf. OCO 402)

III b



Salva nos, Chris-te Salvá-tor, per vir- tú-tem sanctæ



Cru-cis: qui salvásti Petrum in ma- ri, mi-se- ré- re no-bis.



E u o u a e.

LECTIO BREVIS

Christus in diébus carnis suæ, preces supplicationésque ad eum, qui possit salvum illum a morte fácere, † cum clamóre válido et lácrimis ófferens et exaudítus pro sua reveréntia: et quidem cum esset Fílius, † dídicit ex his, quæ passus est, obœdiéntiam et, consummátus: factus est ómnibus obœdiéntibus sibi auctor salútis ætérnæ.

℣. Adorámus te, Christe, et benedícimus tibi.
℟. Quia per crucem tuam redemísti mundum.

### Ad Sextam

Ant. Poissy MS fo. 300r, cf. AJ 2:563 (OCO 439)

VII a



Salvá- tor Mundi, sal-va nos, qui per Cru-cem, et




LECTIO BREVIS

In Christo habémus redemptiónem per sánguinem eius, remissiónem peccatórum, † secúndum divítias grátiæ eius: qua superabundávit in nobis.

℣. Omnis terra adóret te et psallat tibi.
℟. Psalmum dicat nómini tuo, Dómine.

**Ad Nonam**

Ant. AG 803 (OCO 439 = CAO 4269)




LECTIO BREVIS

Non corruptibílibus argénto vel auro redémpti estis † de vana vestra conversatióne a pátribus trádita: sed pretióso sánguine quasi Agni incontamináti et immaculáti Christi.

℣. Hoc signum crucis erit in cælo.
℟. Cum Dóminus ad iudicándum vénerit.



**Ad II Vesperas**

HYMNUS AG 77





5. Salv*e*, a- ra, sal- ve, víc- tima, de passi- ó- nis gló- ri- a,



qua vi- ta mor-tem pér-tu- lit et mor- te vi- tam réddi- dit!



6. O crux, a-ve, spes ú- ni-ca! hoc passi- ó- nis tempo- re



pi- is a-dáu-ge grá- ti- am re- ís- que de- le crí- mi- na.



7. Te, fons, sa-lú- tis, Trí- ni-tas, colláudet om-nis spí- ri- tus;



quos per crucis mysté- ri- um salvas, fove per sæcu- la. A-men.

## PSALMODIA

Ant. 1 AG 806 (cf. OCO 439)

**VII b**



O magnum pi- e- tá- tis o-pus! mors mórtu- a tunc est,





in li- gno quando mortu- a vi- ta fu- it, al-le- lú- ia. *Ps*. Di-



xit Dóminus **Dó**mino **me-** o: * Sede a **dex-**tris **me-** is. [flex]

Psalmus 109: 1–5, 7

[Dixit Dóminus Dómino meo: *
  « Sede a dextris meis,]
donec ponam ini**mí**cos **tu**os *
  scabéllum **pe**dum tu**ó**rum »,
Virgam poténtiæ tuæ emíttet **Dó**minus **ex** Sion: *
  domináre in médio inimi**có**rum tu**ó**rum.
Tecum principátus in die virtútis tu*æ*, †
  in splen**dó**ribus **sanc**tis, *
  ex útero matutíni velut **ro**rem **gé**nui te.
Iurávit Dóminus et non pæni**té**bit **e**um: *
  « Tu es sacérdos in ætérnum
    secúndum órdi**nem** Mel**chí**sedech ».
Dominus a **dex**tris **tu**is, *
  conquassábit in die iræ **su**æ **re**ges.
De torrénte in **vi**a **bi**bet, *
  proptérea exal**tá**bit **ca**put.

Ant. 2 OHS 178 (cf. OCO 439)

**I a**



Tu- am cru- cem ad-o-rámus, Dómi-ne, tu- am glo- ri-



ó-sam re-có- limus passi- ó-nem; mi-se-ré-re nostri, qui pas-







Psalmus 115: 10–19

[Crédidi, étiam **cum** lo**cú**tus sum: *
  « Ego humiliá*tus* sum **ni**mis ».]
Ego dixi in trepidati**ó**ne **me**a: *
  « Omnis *ho*mo **men**dax ».
Quid re**trí**buam **Dó**mino *
  pro ómnibus quæ retrí*bu*it **mi**hi?
Cálicem salu**tá**ris ac**cí**piam, *
  et nomen Dómini *in*vo**cá**bo.
Vota mea **Dó**mino **red**dam *
  coram omni pó*pu*lo **e**ius.
Pretiósa in con**spéc**tu **Dó**mini *
  mors sanc*tó*rum **e**ius.
O Dómine, ego **ser**vus **tu**us, *
  ego servus tuus et fílius an*cíl*læ **tu**æ.
Dirupísti víncula me*a*: †
  tibi sacrificábo **hós**tiam **lau**dis, *
  et nomen Dómini *in*vo**cá**bo.
Vota mea **Dó**mino **red**dam *
  coram omni pó*pu*lo **e**ius,
in átriis **do**mus **Dó**mini, *
  in médio tu*i*, Ie**rú**salem.

Ant. 3 MS Poissy Ant. fo. 260v; cf. AJ 2: 560 (cf. OCO 439)















Canticum Ap 4: 11; 5: 9,10, 12

[Dignus es, Dómine Deus noster, *
  accípere glóriam et honórem et virtútem;]
quia tu cre**ás**ti **óm**nia, *
  et propter voluntátem tuam erant *et* cre**á**ta sunt.
Dignus es, Dómine, ac**cí**pere **li**brum *
  et aperíre signá*cu*la **e**ius,
quóniam occí*sus* es †
  et redemísti nos Deo in **sán**guine **tu**o *
  ex omni tribu et lingua et pópulo et *na*ti**ó**ne,
et fecísti nos Deo nostro regnum et **sa**cer**dó**tes, *
  et regnábimus *su*per **ter**ram.
Dignus est Agnus, qui occí*sus* est, †
  accípere virtútem et divinitátem et **sa**pi**én**tiam *
  et fortitúdinem et honórem et glóriam et bene*dic*ti**ó**nem.

LECTIO BREVIS

Prædicámus Christum crucifíxum, Iudǽis quidem scándalum, Géntibus autem stultítiam, † ipsis autem vocátis, Iudæis atque Græcis: Christum Dei virtútem et Dei sapiéntiam.

RESPONSORIUM BREVE




Ad Magnficat, ant. (p. 1430) AG 807 (cf. OCO 439)









PRECES

Redemptórem nostrum, qui per crucem suam nos redémit, † fidénter deprecémur: *Per cruem exáltat nos ad regnum tuum.*

Christe, qui teípsum exinanísti, formam servi accípiens, in similitúdinem hóminium factus,

— præsta ut membra Ecclésiæ imiténtur humilitátem tuam.

Christe, qui humiliásti teípsum, factus obœ́diens usque ad mortem, mortem autem crucis,

— da servis tuis obœdiéntiam et patiéntiam.

Christe, qui exltátus es a Deo et accepísti nomen super omne nomen,

— concéde fidélibus tuis perserverántiam usque ad finem,

Christe, cuius in nómine omne genu flectétur cæléstium terréstium et infernórum,

— infúnde caritátem homínibus, ut te adórent in pace.

Christe, quem nomis lingua confitébitur Dóminum in glóriam Dei Patris,

— áccipe frratres nostros defúnctos in regnum beatitúdinis perpétuæ.

Pater noster *in tono solemni; oratio ut ad Laudes matutinas*

Die 15 septembris

BEATÆ MARIÆ VIRGINIS PERDOLENTIS

Memoria Obligatoria

*De commune B. Mariæ V., præter sequentia:*

**Ad Invitatorium**

Ant. (Ps. t. 6b, p. 1382) LHR 433




HYMNUS

cf. Graduale S.O.P., p. 361











## Ad Laudes matutinas

PSALMODIA

Ant. 1 AM 867 (OCO 439)




Psalmus 62: 2–9

[Deus, Deus meus es tu; *
 ad te de luce vígilo.]
Sitívit in te **á**nima **me**a, *
 te desiderávit *ca*ro **me**a.
In terra desérta et árida et inaquó*sa*, †
 sic in sancto ap**pá**rui **ti**bi, *
 ut vidérem virtútem tuam et glór*ri*am **tu**am.
Quóniam mélior est misericórdia tua **su**per **vi**tas, *
 lábia me*a* lau**dá**bunt te.
Sic benedícam te in **vi**ta **me**a, *
 et in nómine tuo levábo *ma*nus **me**as.
Sicut ádipc et pinguédine repleátur **á**nima **me**a, *
 et lábiis exsultatiónis laudá*bit* os **me**um.



Cum memor ero tui super **stra**tum **me**um, *
 in matutínis medí*tá*bor **de** te,
quia fuísti ad**iú**tor **me**us, *
 et in velaménto alárum tuárum *ex*sul**tá**bo.
Adhæsit ánima **me**a **post** te, *
 me suscépit déx*te*ra **tu**a.

Ant. 2 AG 622 (cf. OCO 439)




Canticum Dan 3: 57–88, 56

[Benedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino; *
 laudáte et superexaltáte eum in sǽcula.]
Benedícíte, ángeli **Dó**mini, **Dó**mino; *
 benedícite, *cæ*li, **Dó**mino.
Benedícite, aquæ omnes quæ super **cæ**los sunt, **Dó**mino; *
 benedícite, omnes vírtútes Dó*mi*ni, **Dó**mino.
Benedícite, sol et **lu**na, **Dó**mino; *
 benedícite, stellæ *cæ*li, **Dó**mino.
Benedícite, omnis imber **et** ros, **Dó**mino; *
 benedícite, omnes spíritus *De*i, **Dó**mino.
Benedícite, ignis et **æ**stus, **Dó**mino; *
 benedícite, frigus et *æ*stus, **Dó**mino.

Benedícite, rores et pru**í**na, **Dó**mino; *
benedícite, gelu et *fri*gus, **Dó**mino.
Benedícite, glácies et **ni**ves, **Dó**mino; *
benedícite, noctes et *di*es, **Dó**mino.
Benedícite, lux et **té**nebræ, **Dó**mino; *
benedícite, fúlgura et *nu*bes, **Dó**mino.
Benedícat **ter**ra **Dó**minum; *
laudet et superexáltet e*um* in **sǽ**cula.
Benedícite, montes et **col**les, **Dó**mino; *
benedícite, universa germinántia in *ter*ra **Dó**mino.
Benedícite, **fon**tes, **Dó**mino; *
benedícite, mária et flú*mi*na, **Dó**mino.
Benedícite, cete et ómnia quæ movéntur in **a**quis, **Dó**mino; *
benedícite, omnes vólucres *cæ*li, **Dó**mino.
Benedícite, omnes béstiæ et **pé**cora, **Dó**mino; *
benedícite, fílii hó*mi*num **Dó**mino.
Benedícat **Is**raël **Dó**mino; *
laudet et superexáltet e*um* in **sǽ**cula.
Benedícite, sacerdótes **Dó**mini **Dó**mino; *
benedícite, servi Dó*mi*ni, **Dó**mino.
Benedícite, spíritus et ánimæ iu**stó**rum, **Dó**mino; *
benedícite, sancti et húmiles *cor*de, **Dó**mino.
Benedícite, Ananía, Azaría, **Mí**saël, **Dó**mino; *
laudáte et superexaltáte e*um* in **sǽ**cula.
Benedicámus Patrem et Fílium cum **San**cto **Spí**ritu; *
laudémus et superexaltémus e*um* in **sǽ**cula.
Benedíctus es, Dómine, in firma**mén**to **cæ**li; *
et laudábilis et gloriósus et superexaltá*tus* in **sǽ**cula.

Ant. 3 AG 940 AM 1051 (OCO 439)

II



Opprés-sit me do- lor et fá-ci- es me- a in-tú-



mu- it a fle- tu, et pálpebræ me- æ ca- li-gavé-runt. *Ps.* Can-





táte Dómino cánticum **no**vum; * laus eius in ecclésia *san***ctó-**rum.

Psalmus 149

[Cantáte Dómino cánticum novum; *
laus eius in ecclésia sanctórum.]
Lætétur Israël in eo qui fecit **e**um, *
et fílii Sion exsúltent in re*ge* **su**o.
Laudent nomen eius in **cho**ro, *
in tympano et cíthara psall*ant* **e**i.
Quia beneplácitum est Dómino in pópulo **su**o, *
et honorábit mansuétos in *sa***lú**tem.
Iúbilent sancti in **gló**ria, *
læténtur in cubíli*bus* **su**is.
Exaltatiónes Dei in gútture e**ó**rum, *
et gládii ancípites in mánibus *e***ó**rum,
ad faciéndam vindíctam in nati**ó**nibus, *
castigatiónes *in* **pó**pulis,
ad alligándos reges eórum in com**pé**dibus, *
et nóbiles eórum in máni*cis* **fér**reis,
ad faciéndum in eis iudícium con**scrí**ptum: *
glória hæc est ómnibus san*ctis* **e**ius.

LECTIO BREVIS

Nunc gáudeo in passiónibus pro vobis et adímpleo ea, † quæ desunt passiónum Christi, in carne mea pro córpore eius, quod est ecclésia: cuius factus sum ego miníster secúndum dispensatiónem Dei, quæ data est mihi in vos, ut ímpleam verbum Dei.

RESPONSORIUM BREVE cf. AG 12*

VI



Per te sa- lú-tem hauri- ámus, * Virgo Ma-rí- a. ℣. Ex



vulné- ri-bus Chri- sti. * Virgo Ma-rí- a. Gló-ri- a. Per te.

Ad Benedictus, ant. (p. 1427) AG 938 (cf. OCO 440)

VIII b



Ve- ní- te, ascendá-mus ad montem Dómi- ni, et



vi-dé- te si est do- lor sic- ut do- lor me- us. *C.* Be- ne-



díctus Dómi-nus De- us Isra- ël, * quia visitávit et fecit redem-



pti- ó-nem ple-bis su- æ.

*Oratio*

Deus, qui Fílio tuo in cruce exaltáto compatiéntem Matrem astáre voluísti; da Ecclésiæ tuæ, ut, Christi passiónis cum ipsa consors effécta, eiúsdem resurrectiónis párticeps esse mereátur: Per Dóminum.

## Ad Vesperas

HYMNUS Graduale S.O.P., p. 363

I et II



1. Vir-go vírgi- num præclá- ra, mi- hi iam non sis a-má-





ra; fac me te-cum plánge-re. 2. Fac ut portem Chri-sti mortem,



passi- ó- nis fac me sortem et pla-gas re-có- le- re. 3. Fac me



pla-gis vulne- rá- ri, cru-ce hac i-nebri- á- ri et cru- ó- re Fí-



li- i. 4. Flammis u- rar ne succénsus, per te, Vir-go, sim de-fén-



sus in di- e iu- dí- ci- i. 5. Fac me cru- cem cu-sto- dí- ri,



morte Chri- sti præmu-ní- ri, confo-vé- ri grá- ti- a. 6. Quando



cor- pus mo- ri- é- tur, fac ut á- nimæ do-né- tur pa-ra-dí- si



gló- ri- a. A- men.

PSALMODIA

Ant. 1 AG 479 (cf. OCO 440)




Psalmus 121

[Lætátus sum in eo quod dixérunt mihi: *
    « In domum Dómini íbimus ».]
Stantes iam sunt **pe**des **nos**tri *
    in portis **tu**is, Ie**rú**salem.
Ierúsalem, quæ ædificáta **est** ut **cí**vitas *
    sibi compácta **in** i**díp**sum.
Illuc enim ascendérunt tribus, **tri**bus **Dó**mini, *
    testimónium Israël, ad confiténdum **nó**mini **Dó**mini.
Quia illic sedérunt sedes **ad** iu**dí**cium, *
    sedes **do**mus **Da**vid.
Rogáte quæ ad pacem **sunt** Ie**rú**salem, *
    secúri **sint** dili**gén**tes te.
Fiat pax in **mu**ris **tu**is, *
    et secúritas in **túr**ribus **tu**is.
Propter fratres meos et **pró**ximos **me**os *
    **lo**quar: « Pax **in** te!»
Propter domum Dómini **Dei** **nos**tri *
    exquíram **bo**na **ti**bi.



Ant. 2 AG 937 (cf. OCO 440)




Psalmus 126

[Nisi Dóminus ædificáverit domum, *
    in vanum labórant qui ædíficant eam.]
Nisi Dóminus custodíerit *ci*vi**tá**tem, *
    frustra vígilat qui *cu*stódit **e**am.
Vanum est vobis ante lucem súr*ge*re, †
    et sero quiéscere, et manducáre *pa*nem la**bó**ris. *
    Verúmtamen dabit ipse diléctis *su*is du**plí**cia.
Ecce heréditas Dó*mi*ni, **fí**lii, *
    mer*ces* fructus **ven**tris.
Sicut sagíttæ in ma*nu* po**tén**tis, *
    ita fíli*i* iuven**tú**tis.
Beátus vir qui implévit pháretram su*am* ex **ip**sis; *
    non confundétur, cum loquétur inimícis *su*is in **por**ta.

Ant. 3 AG 937 (cf. OCO 440)






Canticum — Eph 1: 3–10

[Benedíctus Deus et Pater Dómini nostri Iesu Christi, *
qui benedíxit nos in omni benedictióne spiritáli
in cæléstibus in Christo;]
sicut elégit nos in ipso ante mundi constitutió*nem*, †
ut essémus sancti et immacu**lá**ti *
in conspéctu eius in ca*ri***tá**te,
qui prædestinávit nos in adoptiónem filió*rum* †
per Iesum Christum in **ip**sum, *
secúndum propósitum voluntá*tis* **su**æ,
in laudem glóriæ grátiæ **su**æ, *
in qua gratificávit nos in diléсto Fíli*o* **su**o,
in quo habémus redemptiónem per sánguinem **e**ius, *
remissiónem pec*ca***tó**rum.
Secúndum divítias grátiæ e*ius*, †
quæ superabundávit in **no**bis *
in omni sapientia et *pru***dén**tia;
ut notum fáceret nobis sacraméntum voluntátis **su**æ, *
secúndum beneplácit*um* **e**ius,
quod propósuit in **e**o, *
in dispensatióne plenitúdi*nis* **tém**porum,
instauráre ómnia in **Chris**to, *
quæ in cælis et quæ *in* **ter**ra sunt.



LECTIO BREVIS

Omnia sustíneo propter eléctos, ut et ipse salútem consequántur, quæ est in Christo Iesu, cum glória cælésti. † Fidélis sermo, nam si commórtui sumus, et convivémus: si sustinébimus, et conregnábimus.

RESPONSORIUM BREVE — cf. AG 38*




Ad Magnificat, ant. (p. 1454) — AM 867 (OCO 440)





Ecce ma-ter tu- a. *C.* Magní-fi-cat * á-nima me- a Dómi-num.

Die 16 septembris
SS. CORNELII, P., ET CYPRIANI EP., M.
Memoria Obligatoria

*De commune plurimorum martyrum.*

*Oratio*

Deus, qui pópulo tuo beátos Cornélium et Cypriánum sedúlos pastóres et invíctos mártyres præstitísti, concéde; ut, eórum intercessióne, fide et constántia roborémur, et Ecclésiæ unitáte óperam tribuámus impénse: Per Dóminum.

Die 18 septembris
S. IOANNIS MACIAS, O.P., REL.
Memoria Obligatoria

*De commune sanctorum virorum, pro religiosis, præter sequentia:*

*Responsoria prolixa ad Officium lectionum,* Videte qualem*, AJ 2: 482 (POP 661).*

*Quando celebretur cum gradu festi, antiphonæ sequentes possunt adhiberi ad Laudes matutinas et Vesperas, etiam cum psalmis ferialibus, antiphonæ de festo S. Martini de Porres ad Offcium lectionum.*

LECTIO BREVIS

Si servíeris Deo in veritáte, reddétur tibi. † Atténde tibi, fili, in ómnibus opéribus tuis et esto sápiens in ómnibus sermónibus tuis, et, quod óderis, némini féceris: De pane tuo commúnica esuriénti et de vestiméntis tuis nudis; † ex ómnibus, quæcúmque tibi abundáverunt, fac eleemósynamm et non invídeat óculus tuus, cum facis eleemósynam: Consílium ab omni sapiénte inquíre. † Omni tempore bénedic Dóminum et póstula ab illo: ut dirigántur viæ tuæ et omnes



sémitæ tuæ et consília bene disponántur.

RESPONSORIUM BREVE

VI



In hoc cognóscent omnes, * Qui- a me-i estis discípu-li.



℣. Si di-lecti-ónem habu- é-ri-tis ad ínvi-cem. * Qui-a. Gló-ri- a.

Ad Benedictus, ant. (p. 1391) AG 563 (POP 384)

I b



Dísci-te a me, qui- a mi- tis sum, et húmi- lis corde:



et inve-ni- é-tis réqui- em a-nimábus vestris. *C.* Be-ne-díctus



Dómi-nus De- us Isra- ël, * quia visitávit et fecit redemptiónem



ple-bis su- æ.

*Oratio*

Codidiáni labóris pondus fac nos, Dómine, strénua æmulatióne portáre; imitatióne et exémplo beati Ioánnis, cui tribuísti morum candórum et perféctam caritátem: Per Dóminum.

## Ad Vesperas

LECTIO BREVIS

In hoc nóvimus caritátem, quóniam ille pro nobis ánimam suam pósuit; et nos debémus pro frátribus ánimas pónere. † Qui habúerit substántiam mundi et víderit fratrem suum necésse habére et cláuserit víscera sua ab eo, quómodo cáritas Dei manet in eo? Filíoli, non diligámus verbo nec linqua sed in ópera et veritáte.

RESPONSORIUM BREVE cf. AG 38*




Qui dí- li-git fratrem su- um, * In lúmi- ne ma-net. ℣. Qui



ámbu-lat in di-lecti- ó-ne servat mandá-ta. * In lúmi- ne ma-



net. Gló-ri- a. Qui.

Ad Magnificat, ant. (p. 1432, 1434) AG 404 (POP 387)




Qui verbum De- i ré-ti-nent corde perfécto et ópti-



mo, fructum áffe-runt in pa- ti- énti- a. *C.* Magní-fi-cat * á-nima





me- a Dóminum.

Die 20 septembris
SS. ANDREÆ KIM TÆGÕN, PRESB.,
ET PAULI CHÕNG HASANG, ET SOCIORUM, MM.
Memoria obligatoria

*De Communi Plurimorum Martyrum.*

*Oratio*

Deus, ómnium géntium creátor et salus, qui in Coreána regióne ad cathólicam fidem pópulum adoptiónis mirabíliter vocásti: atque sanctórum mártyrum Andréæ, Páuli ac sociórum gloriósa confessióne créscere fecísti, eórum exémplo et intercessióne concéde; ut nos quoque in mandátis tuis usque ad mortem perseveráre valeámus: Per Dóminum.

Die 21 septembris
S. MATTHÆ I, AP. ET EVANG.
Festum

*De commune apostolorum.*

## Ad Laudes matutinas

HYMNUS cf. AG 30*




1. Præclá-ra qua tu glóri- a, Le-vi be- á- te, cínge- ris,



laus est De- i clemén- ti- æ, spes no- str*a* ad indul-génti- am.



2. Te- ló-ne- o quand*o* ássi- dens nummis in-hæ- res ánxi- us,



Matthæ- e, Chri-stus ád- vocans o-pes ti- bi quas præ-pa- rat!



3. Iam cordis ardens ímpe- tu curris, Ma- gí-strum súsci- pis,



sermó-ne factus ín- cli- to princeps in ur- be cǽ- li- ca.



4. Tu ver-ba vi- tæ cól-li- gens Da-vídque fa-cta Fí- li- i,



per scripta linquis áu- re- a cælé- ste mundo pá- bu- lum.



5. Chri-stum per orbem núnti- ans conféssus atque sángui-ne,



di- le-cti- ó-nis ví- vi- dæ supré- m*o* honó- ras pígno- re.





6. O mar-tyr atqu*e* a-pósto- le, e- vange- lí- sta nó-bi- lis,



tecum fac omn*e* in sǽ- culum Christo canámus glóri- am. Amen.

*Oratio*

Deus, qui ineffábili misericórdia beátum Matthǽum ex publicáno Apóstolum es dignátus elígere: da nobis, eius exémplo et intercessióne suffúltis; ut, te sequéntes, tibi fírmiter adhærére mereámur: Per Dóminum.

Die 23 septembris

## S. PII DE PIETRELCINA, PRESBYTERI

Memoria obligatoria

*De Communi sanctorum virorum: pro religiosis.*

*Oratio*

Omnípotens sempitérne Deus, qui sanctum Pium, presbýterum, crucis Fílii tui singulári grátia partícipem esse donásti: et per eius ministérium misericórdiæ tuæ mirabília renovásti; concéde nobis, ut, eius intercessióne, passiónibus Christi iúgiter sociáti ad resurrectiónis glóriam felíciter perducámur: Per Dóminum.

Die 27 septembris

## S, VINCENTII DE PAUL, PRESB.

Memoria Obligatoria

*De commune pastorum, pro iis qui opera misericordiæ exercuerunt, præter sequentia:*

Ad Benedictus, ant. (p. 1424) AS 1047 (OCO 440)

VIII a



Vincén- ti- us orpha-nó-rum pa- ter, páupe- res Si- on



sa- tu- rá- vit pá-ni-bus, et sa-cerdó- tes índu- it sa-lu-tá- ri.



*C.* Be-ne-díctus Dómi-nus De- us Is-ra- ël, * quia visitávit et fecit



redemptiónem ple- bis su- æ.

*Oratio*

Deus, qui ad salútem páuperum et cleri institutiónem beátum Vincéntium presbýterum virtútibus apostólicis imbuísti, præsta, quæsumus; ut, eódem spíritu fervéntes, et amémus quod amávit, et quod dócuit operémur: Per Dóminum.

Ad Magnificat, ant. (p. 1450) AS 1048 (OCO 440)

VII a



Vincén- ti- us e-vange- li-zá- vit paupé- ri-bus: fu- it



ó-cu-lus cæ-co, et pes claudo, ómni-bus ómni- a factus.





*C.* Magní-fi-cat * á-nima me- a Dómi-num.

Die 28 septembris

S. DOMINCI IBÁÑEZ, IACOBI TOMONAGA, PRESYB., LAURENTII RUIZ, PATRISF. ET XIII SOC., O.P., MARTYRUM IN IAPONIA

Memoria Obligatoria

*De commune plurimorum martyrum, præter sequentia:*

**Ad Invitatorium**

HYMNUS cf. AG 49* (ASOP 95: 241)

III



1. Qui novos, Christe, mártyres sub una iam concé- dis nos



fe-stí- va laud*e* extólle- re, clamántum pre- ces sús-ci- pe.



2. Ab ho-rum no-va sángui-ne in nos æ-tas advé- ni- at



fi-dé- li- um, qui própri- am missi- ónem ad- implé- ant.



3. Ecclé- s*i*æ vi- ta fló- re- at, fervéscat ómn*i*um cá- ri- tas,




## Ad Officium Lectionum

*Sicubi gradu festi celebratur:*

℣. Clamavérunt iusti ad Dóminum.
℟. Ex ex ómnibus tribulatiónibus eórum liberávit eos.



## Ad Laudes matutinas

Ad Benedictus, ant. (p. 1415) AG 64* (ASOP 95: 242)




*Oratio*

Deus, cuius ineffábili misericórdia beátus Domínicus et sócii mártyres, verbo et sánguine Christum prædicavérunt; da nos, eórum intercessióne, créscere in sciéntia tua, et in omni ópere bono fructificántes, secúndum Evangélii veritátem coram te fidéliter ambuláre: Per Dóminum.

## Ad Vesperas

HYMNUS cf. AG 49* (ASOP 95: 243)









LECTIO BREVIS

Ipse spíritus testimónium reddit una cum spíritu nostro quod sumus fílii Dei. † Si autem fílii, et hærédes, hærédes quidem Dei, cohærédes autem Christi: si tamen compátimur, ut et glorificémur.

RESPONSORIUM BREVE cf. AG 38* (ASOP 95: 244)




Ad Magnificat, ant. (p. 1432, 1434) AG 67* (ASOP 95: 243)





hómi- num contempsé- runt: San-cti Már-ty- res in regno cæ-



ló- rum ex-súltant cum ánge- lis: O quam pre- ti- ó-sus



est mors sanctó- rum! qui assí- du- e assí- stunt an-te



Dómi-num, et ab ínvi- cem non sunt se-pa- rá- ti. *C.* Ma-



gní-fi-cat * á-nima me- a Dómi-num.

Die 29 septembris

## SS. MICHAËLIS, GABRIELIS ET RAPHAËLIS, ARCHANGELORUM

Festum

### Ad Invitatorium

Ant. (Ps. t. 3, p. 1364) Poissy MS, fo. 33v; cf. AJ 2: 573 (cf. OCO 440)

III



Re-gem ange- ló-rum Dó- mi- num, Ve- ní-





te ad- o- ré- mus. *Ps.* Ve- ní- te.

HYMNUS AG 943

II



1. Ti- bi, Chri-ste, splendor Patris, vi-ta, vir-tus cór- di- um,



in conspéctu ange- ló- rum vo- tis, vo- ce psál-li-mus;



al-ter-nán-tes concre-pándo me- los da- mus vó- ci- bus.



2. Col- laudá-mus ve-ne- rán-tes íncli- tos archán- ge- los,



sed præ- cí- pu- e pri- má- tem cæ- lé-stis ex- ér-ci- tus,



Mi-cha- é- lem in vir- tú- te conte- rén- tem Sá- ta- nam.



3. Quo cu-stó- de pro-cul pel- le, rex Chri-ste pi- ís- sime,



omne ne- fas i- ni- mí- ci; mundos cord*e* et cór-po- re



pa- ra- dí- so redde tu- o nos so- la cle- mén-ti- a.



4. Gló- ri- am Pa- tri me- ló-dis per-so-né-mus vó- ci- bus,



gló- ri- am Chri-sto ca- námus, gló- ri- am Pa- rá-cli- to,



qui De- us tri-nus et u-nus exstat an-te sǽ-cu- la. A- men.

## Ad Officium lectionum

PSALMODIA

Ant. 1 Poissy MS, fo. 336r; cf. AJ 2: 578 (cf. OCO 440)

**VIII a**



Concússum est ma- re et contrému- it ter-ra, u-bi



archánge- lus Mícha- ël descendé-bat de cæ-lo. *Ps.* Dómi-





nus regnávit, exsúltet **ter-**ra, * læténtur ín*su*-læ **mul-** tæ. [flex]

Psalmus 96

[Dóminus regnávit, exsúltet terra, *
 læténtur ínsulæ multæ.]
Nubes et calígo in circúitu **e**ius, *
 iustítia et iudícium firmaméntum *se*dis **e**ius.
Ignis ante ipsum præ**cé**det, *
 et inflammábit in circúitu ini*mí*cos **e**ius.
Illustrárunt fúlgura eius orbem **ter**ræ: *
 vidit et contré*mu*it **ter**ra.
Montes sicut cera fluxérunt a fácie **Dó**mini, *
 a fácie Dómini *om*nis **ter**ra.
Annuntiavérunt cæli iustítiam **e**ius, *
 et vidérunt omnes pópuli gló*ri*am **e**ius.
Confundántur omnes qui adórant sculptí*li*a, †
 et qui gloriántur in simulácris **su**is. *
 Adórent eum omnes án*ge*li **e**ius.
Audívit et lætáta est Si*on,* †
 et exsultavérunt fíliæ **Iu**dæ *
 propter iudícia *tu*a, **Dó**mine.
Quóniam tu Dóminus, altíssimus super omnem **ter**ram, *
 nimis exaltátus es super *om*nes **de**os.
Qui dilígitis Dóminum, odíte ma*lum;* †
 custódit ipse ánimas sanctórum su**ó**rum, *
 de manu peccatóris libe*rá*bit **e**os.
Lux orta est **iu**sto, *
 et rectis cor*de* læ**tí**tia.
Lætámini, iusti, in **Dó**mino, *
 et confitémini memóriæ sancti*tá*tis **e**ius.

Ant. 2 AV (174) (OCO 440)

**VII a**



Gábri- el ánge-lus descéndit ad Zacha-rí- am, et a- it




Psalmus 102, I

[Bénedic, ánima mea, Dómino; *
et ómnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius.]
Bénedic, ánima **me**a, **Dó**mino, *
et noli oblivísci omnes retributi**ó**nes **e**ius.
Qui propitiátur ómnibus iniqui**tá**tibus **tu**is, *
qui sanat omnes infirmi**tá**tes **tu**as;
qui rédimit de intéritu *vi*tam **tu**am, *
qui corónat te in misericórdia et mise**ra**ti**ó**nibus;
qui replet in bonis æ**tá**tem **tu**am: *
renovábitur ut áquilæ iu**vén**tus **tu**a.
Fáciens iu**stí**tias **Dó**minus, *
et iudícium ómnibus iniúriam **pa**ti**én**tibus.
Notas fecit vias **su**as **Mó**ysi, *
fíliis Israël adinventi**ó**nes **su**as.

Ant. 3 AG 993 (cf. OCO 440)









II

[Miserátor et miséricors Dóminus, *
longánimis et multæ misericórdiæ.]
Non in perpétu**um** con**tén**det, *
neque in ætérnum *i*ra**scé**tur.
Non secúndum peccáta nostra **fe**cit **no**bis, *
neque secúndum iniquitátes nostras retrí*bu*it **no**bis.
Quóniam, quantum exaltátur **cæ**lum a **ter**ra, *
præváluit misericórdia eius super ti*mén*tes **e**um;
quantum distat ortus **ab** occi**dén**te, *
longe fecit a nobis iniqui*tá*tes **no**stras.
Quómodo miserétur pater **fi**li**ó**rum, *
misértus est Dóminus ti*mén*ti**bus** se.
Quóniam ipse cognóvit fig**mén**tum **no**strum, *
recordátus est quóniam *pul*vis **su**mus.
Homo sicut fenum **di**es **e**ius, *
tamquam flos agri sic *ef*flo**ré**bit.
Spirat ventus in illum, et **non** sub**sí**stet, *
et non cognóscet eum ámplius *lo*cus **e**ius.

℣. Benedícite Dómino, omnes ángeli eius.
℟. Poténtes virtúte, faciéntes verbum illíus.

*Responsoria prolixa: post Lectionem primam,* Factum est Silentium*, AJ 2: 574 (LH 4: 1163); post Lectionem secundam,* Te sanctum Dominum*, AG 942 (POP 661).*

### Ad Laudes matutinas

Ant. 1 AG 962 (cf. OCO 440)



Laudé-mus Dómi- num, quem laudant ánge- li, cu- i



ché- ru-bim et sé- raphim Sanctus, sanctus, sanctus pro-clá-



mant. *Ps.* De- us, Deus meus **es** tu; * ad te de lu*ce* **ví**gi-lo. [flex]

Psalmus 62: 2–9

[Deus, Deus meus es tu; *
ad te de luce vígilo.]
Sitívit in te ánima **me**a, *
te desiderávit ca*ro* **me**a.
In terra desérta et árida et inaquó*sa,* †
sic in sancto appárui **ti**bi, *
ut vidérem virtútem tuam et glóriam **tu**am.
Quóniam mélior est misericórdia tua su*per* **vi**tas, *
lábia mea *lau***dá**bunt te.
Sic benedícam te in vita **me**a, *
et in nómine tuo levábo ma*nus* **me**as.
Sicut ádipc et pinguédine repleátur ánima **me**a, *
et lábiis exsultatiónis laudábit *os* **me**um.
Cum memor ero tu¡ super stratum **me**um, *
in matutínis medítá*bor* **de** te,



quia fuísti adiútor **me**us, *
et in velaménto alárum tuárum ex*sul***tá**bo.
Adhǽsit ánima mea **post** te, *
me suscépit déxte*ra* **tu**a.

Ant. 2 AG 945 (cf. OCO 440)



Ange- li Dómi-ni, Dómi-num be-ne-dí-ci- te in æ- tér-



num. *C.* Benedícite, ómnia ópera Dómini, **Dó**mino; * laudáte et



superexaltáte e- *um* in **sǽ**cu-la.

Canticum Dan 3: 57–88, 56

[Benedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino; *
laudáte et superexaltáte eum in sǽcula.]
Benedícite, ángeli Dómini, **Dó**mino; *
benedícite, *cæ*li, **Dó**mino.
Benedícite, aquæ omnes quæ super cælos sunt, **Dó**mino; *
benedícite, omnes vírtútes Dó*mi*ni, **Dó**mino.
Benedícite, sol et luna, **Dó**mino; *
benedícite, stellæ *cæ*li, **Dó**mino.
Benedícite, omnis imber et ros, **Dó**mino; *
benedícite, omnes spíritus *De*i, **Dó**mino.
Benedícite, ignis et æstus, **Dó**mino; *
benedícite, frigus et *æ*stus, **Dó**mino.
Benedícite, rores et pruína, **Dó**mino; *
benedícite, gelu et *fri*gus, **Dó**mino.
Benedícite, glácies et nives, **Dó**mino; *
benedícite, noctes et *di*es, **Dó**mino.
Benedícite, lux et ténebræ, **Dó**mino; *
benedícite, fúlgura et *nu*bes, **Dó**mino.

Benedícat terra **Dó**minum; *
    laudet et superexáltet e*um* in **sǽ**cula.
Benedícite, montes et colles, **Dó**mino; *
    benedícite, universa germinántia in *ter*ra **Dó**mino.
Benedícite, fontes, **Dó**mino; *
    benedícite, mária et flú*mi*na, **Dó**mino.
Benedícite, cete et ómnia quæ movéntur in aquis, **Dó**mino; *
    benedícite, omnes vólucres *cæ*li, **Dó**mino.
Benedícite, omnes béstiæ et pécora, **Dó**mino; *
    benedícite, fílii hó*mi*num **Dó**mino.
Benedícat Israël **Dó**mino; *
    laudet et superexáltet e*um* in **sǽ**cula.
Benedícite, sacerdótes Dómini **Dó**mino; *
    benedícite, servi Dó*mi*ni, **Dó**mino.
Benedícite, spíritus et ánimæ iustórum, **Dó**mino; *
    benedícite, sancti et húmiles *cor*de, **Dó**mino.
Benedícite, Ananía, Azaría, Mísaël, **Dó**mino; *
    laudáte et superexaltáte e*um* in **sǽ**cula.
Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto **Spí**ritu; *
    laudémus et superexaltémus e*um* in **sǽ**cula.

Ant. 3 AG 949 (cf. OCO 440)









Psalmus 149

[Cantáte Dómino cánticum novum; *
    laus eius in ecclésia sanctórum.]
Lætétur Israël in eo qui **fe**cit **e**um, *
    et fílii Sion exsúltent in **re**ge **su**o.
Laudent nomen **e**ius in **cho**ro, *
    in tympano et cíthara **psal**lant **e**i.
Quia beneplácitum est Dómino in **pó**pulo **su**o, *
    et honorábit mansuétos **in** sa**lú**tem.
Iúbilent **san**cti in **gló**ria, *
    læténtur in cu**bí**libus **su**is.
Exaltatiónes Dei in **gút**ture e**ó**rum, *
    et gládii ancípites in máni**bus** e**ó**rum,
ad faciéndam vindíctam **in** nati**ó**nibus, *
    castigati**ó**nes in **pó**pulis,
ad alligándos reges eórum **in** com**pé**dibus, *
    et nóbiles eórum in **má**nicis **fér**reis,
ad faciéndum in eis iudíci**um** con**scrí**ptum: *
    glória hæc est ómnibus **san**ctis **e**ius.

LECTIO BREVIS

Vidit Iacob in sómnio scalam stantem super terram et cacúmen illíus tangens cælum, † ángelos quoque Dei ascendéntes et descendéntes per eam et Dóminum inníxum scalæ dicéntem sibi: Ego sum Dóminus Deus Abraham patris tui et Deus Isaac.

RESPONSORIUM BREVE





bu- lum áure- um in ma-nu su- a. * Iuxta a- ram templi.



Gló- ri- a. Ste- tit.

Ad Benedictus, ant. (p. 1421) AG 946 (cf. OCO 440)

VII b



Ange- li, Archán- ge- li, Thro-ni et Domi-na-ti- ó-nes,



Princi-pá- tus et Po- testá- tes, Vir- tú- tes cæ-ló- rum, lau-



dá-te Dómi-num de cæ- lis, alle- lú- ia. *C.* Be-ne-díctus Dómi-



nus De- us Isra- ël, * quia visitávit et fecit redemptiónem ple-



bis su- æ.

PRECES

Fratres caríssimi, confiteámur Dómino, † cui astat multitúdo angelórum psalléntium in unum, et acclamémus gaudéntes: *Benedícite Dómino, omnes ángeli eius.*



Deus, qui ángelis tuis mandásti ut custódiant nos in ómnibus viis nostris,
— deduc nos hódie sine offensióne per sémitas tuas.
Pater, cuius fáciem in cælis semper vident ángeli nostri,
— fac nos sine intermissióne quærere fáciem tuam.
Deus, cuius fílii erunt sicut ángeli in cælo,
— da nobis castitátem cordis et córporis.
Deus, in adiutórium pópuli tui mitte Michaélem príncipem magnum,
— ut eum deféndat in prœlio contra Sátanam et ángelos eius.
Pater noster *in tono sollemni.*

*Oratio*

Deus, qui miro órdine angelórum ministéria hominúmque dispénsas, concéde propítius; ut, a quibus tibi ministrántibus in cælo semper assístitur, ab his in terra vita nostra muniátur: Per Dóminum.

## Ad Horam mediam

*Quando celebratur cum gradu sollemnitatis, adhiberi debent, cum psalmis complementariis, antiphonæ sequentes (cf. OCO 438): ad Tertiam,* Archangele Michaël *(AG 945); ad Sextam,* Missus est Gabriel *(AG 947); ad Nonam,* Missus est Raphaël *(AG 992)* . *Lectiones breves et versus semper adhibentur.*

### Ad Tertiam

LECTIO BREVIS

In témpore illo consúrget Míchaël, princeps magnus, qui stat pro fíliis pópuli tui, et erit tempus angústiæ: quale non fuit ab eo, quo gentes esse cœpérunt, usque ad tempus illud. † Et in témpore illo salvábitur pópulus tuus, omnis: qui invéntus fúerit scriptus in libro.

℣. Mittet Dóminus ángelos suos cum tuba et voce magna.
℟. Et congregábunt eléctos eius a quáttuor ventis.

### Ad Sextam

LECTIO BREVIS

Gábriel ángelus locútus est mihi dixítque: † Dániel, nunc egréssus sum, ut docérem te et intellégeres: Ab exórdio precum tuárum

egréssus est sermo: † ego autem veni, ut indicárem, quia vir desideriórum es tu: ergo animadvérte sermónem et intéllege visiónem.

℣. Benedícite Dómino, omnes virtútes eius.
℟. Minístri eius, qui fácitis voluntátem eius.

### Ad Nonam

LECTIO BREVIS

Ego sum Ráphaël, unus ex septem ángelis sanctis, qui assístimus et ingrédimur ante claritátem Dómini. † Cum essem vobíscum, non mea grátia eram vobíscum, sed voluntáte Dei: Ipsi benedícite ómnibus diébus, decantáte ei. † Ecce ego ascéndo ad eum, qui me misit: Scríbite ómnia hæc, quæ contigérunt vobis.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

## Ad Vesperas

HYMNUS AG 946









PSALMODIA

Ant. 1 AJ 2:573, cf. Poissy fo. 333v (cf. OCO 440)









Psalmus 8

[Dómine, Dóminus noster, *
quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra;]
quóniam eleváta est magnificén*ti*a **tu**a *
_ super **cæ**los.
Ex ore infántium et lactén*ti*um †
perfecísti laudem propter ini*mí*cos **tu**os, *
ut déstruas inimí*cum* et ul**tó**rem.
Quando vídeo cælos tuos, ópera digitó*rum* tu**ó**rum, *
lunam et stellas *quæ* tu fun**dá**sti:
quid est homo, quod me*mor* es **e**ius? *
aut fílius hóminis, quóniam *ví*sitas **e**um?
Minuísti eum paulo minus ab án*ge*lis, †
glória et honóre coro*ná*sti **e**um; *
et constituísti eum super ópera má*nu*um tu**á**rum.
Omnia subiecísti sub pédibus e*ius*, †
oves et boves *u*ni**vér**sas, *
ínsuper et *pé*cora **cam**pi,
vólucres cæli et *pi*sces **ma**ris, *
quæcúmque perámbulant *sé*mitas **ma**ris.
Dómine, Dó*mi*nus **no**ster, *
quam admírábile est nomen tuum in u*ni*vérsa **ter**ra!

Ant. 2 AJ 1:126 (cf. OCO 440)












Psalmus 137

[Confitébor tibi, Dómine, in toto corde meo, *
quóniam audísti verba oris mei.]
In conspéctu angelórum psallam **ti**bi, *
adorábo ad templum **sanc**tum **tu**um;
et confitébor nómini tu*o* †
propter misericórdiam tuam et veritátem **tu**am,*
quóniam magnificásti super omne nomen e**ló**quium **tu**um.
In quacúmque die invocávero te, ex**áu**di me; *
multiplicábis in ánima **me**a vir**tú**tem.
Confitebúntur tibi, Dómine, omnes reges **ter**ræ, *
quia audiérunt elóquia **o**ris **tu**i.
Et cantábunt vias **Dó**mini, *
quóniam magna est **gló**ria **Dó**mini;
quóniam excélsus Dó*mi*nus, †
et húmilem **ré**spicit, *
et supérbum a **lon**ge co**gnó**scit.
Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis *me*; †
et contra iram inimicórum meórum exténdes manum **tu**am, *
et salvum me fáciet **déx**tera **tu**a.
Dóminus opus perfíciet pro *me*; †
Dómine, misericórdia tua in **sǽ**culum: *
ópera mánuum tuárum **ne** re**mít**tas.

Ant. 3 AG 944 (OCO 440)






Canticum Col 1: 12–20

[Grátias agámus Deo Patri, *
qui dignos nos fecit in partem sortis sanctórum in lúmine,]
qui erípuit nos de potestáte tene**brá**rum *
et tránstulit in regnum Fílii dilecti*ó*nis **su**æ,
in quo habémus redemptiónem per sánguinem **e**ius, *
remissiónem *pec*ca**tó**rum.
Qui est imágo Dei invi**sí**bilis, *
primogénitus omnis *cre*a**tú**ræ;
quóniam in ipso cóndita sunt univér*sa* †
in cælis et in **ter**ra, *
visibília et in*vi*si**bí**lia,
sive throni sive dominati**ó**nes *
sive principátus sive *po*tes**tá**tes:
ómnia per ipsum et in ipso creá*ta* sunt, †
et ipse est ante **om**nes, *
et ómnia in *i*pso **con**stant.
Et ipse est caput córporis Eccle*si*æ, †
qui est princípium, primogénitus ex **mór**tuis, *
ut sit in ómnibus ipse pri*má*tum **te**nens;



quia in ipso complácuit omnem plenitúdinem inhabi**tá**re, *
et per eum reconciliáre ómni*a* in **i**psum,
pacíficans per sánguinem crucis **e**ius *
sive quæ in terris sive *quæ* in **cæ**lis sunt.

LECTIO BREVIS

Grátia vobis et pax ab eo, qui est et qui erat et qui ventúrus est, et a septem spirítibus, qui in conspéctu throni eius sunt, † et a Iesu Christo, qui est testis fidélis, primogénitus mortuórum et princeps regum terræ: qui diléxit nos et lavit nos a peccátis nostris in sánguine suo.

RESPONSORIUM BREVE




Ad Magnificat, ant. (p. 1452) AG 619 (cf. OCO 440)






PRECES

a visitávit et fecit redemptiónem ple-bis su- æ.

*Oratio*

Deus, qui primítias fídei in boreálibus Américæ regiónibus sanctórum Ioánnis et Isaac eorúmque sociórum prædicatióne et sánguine consecrásti; concéde propítius, ut eórum intercessióne, flórida christianórum seges ubíque in dies augeátur: Per Dóminum.

Ad Magnificat, ant. (p. 1440) AM 544 (OCO 442)

**III b**



Cá- licem sa-lú-ta-ris accí- pi- am et sacri- fi- cá



bo hós- ti- am laudis. *C.* Magní-fi-cat * á-nima me- a Dóminum.

Die 22 octobris
(quando dies dedicationis ignoratur)
IN ANNIVERSARIO DEDICATIONIS ECCLESIÆ
Solemnitas

*Omnia de communi Dedicationis ecclesiæ, præter sequentia:*



*Ad I Vesperas, loco Responsorii brevis adhiberi potest Responsorium prolixum ad I Vesperas*, Terribilis*, de communi Dedicationis ecclesiæ. (POP 448).*

## Ad Invitatorium

Ant. (Ps. t. 4a, p. 1368) Poissy MS, fo. 191r; cf. AJ 2: 292 (POP 448)

**IV a**



Exsul-té- mus Dó-mi- no Re- gi sum- mo: Qui



su- um sancti- fi-cá- vit ta- berná- cu- lum. *Ps.* Ve-ni-te.

*Responsoria prolixa post Lectionem secundam Officii lectionum:* Audi Domini*, AJ 2: 226 (POP 450), vel* Fundata est domus*, 2: 298 (POP 452).*

## Ad Laudes matutinas

Ad Benedictus, ant. (p. 1406) AG 22* (POP 452)

**VI a**



Ma-ne sur- gens Ia-cob, e- ri-gé-bat lá-pi-dem in tí- tu-



lum, fundens ó- le- um dé-super, vo- tum vo-vit Dó- mi-no:



Ve- re lo-cus i-ste sanctus est, et e- go ne-sci- é-bam.**A**




Die 28 octobris
SS. SIMONIS ET IUDÆ, APOSTOLORUM
Festum

*De commune apostolorum, præter sequentia:*

**Ad Laudes matutinas**

HYMNUS AG 30*








*Oratio*

Deus, qui nos per beátos Apóstolos ad agnitiónem tui nóminis veníre tribuísti: intercedéntibus sanctis Simóne et Iuda, concéde propítius; ut semper augeátur Ecclésia increméntis in te credéntium populórum: Per Dóminum.

Ad Magnificat, ant. (p. 1440) AM 526 (OCO 442)

**III b**






## NOVEMBER

Die 1 novembris
OMNIUM SANCTORUM
Solemnitas

### Ad I Vesperas

HYMNUS cf. AG 1006

**I**






PSALMODIA

**Ant. 1 I b** AG 116* (cf. OCO 442)









Psalmus 112

[Laudáte, púeri Dómini, *
laudáte nomen Dómini.]
Sit nomen Dómini **be**ne**díc**tum *
ex hoc nunc et us*que* in **sǽ**culum.
A solis ortu usque **ad** oc**cá**sum *
laudábile *no*men **Dó**mini.
Excélsus super omnes **gen**tes **Dó**minus, *
super cælos gló*ri*a **e**ius.
Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in **al**tis **há**bitat, *
et humília réspicit in cælo *et* in **ter**ra?
Súscitans de **ter**ra **ín**opem, *
de stércore **é***ri*gens **páu**perem,
ut cóllocet eum **cum** prin**cí**pibus, *
cum princípibus *pó*puli **su**i.
Qui habitáre facit stéri**lem** in **do**mo, *
matrem filió*rum* læ**tán**tem.

**Ant. 2 VII a** AG 661 (OCO 442)






Psalmus 147

[Lauda, Ierúsalem, Dóminum; *
colláuda Deum tuum, Sion.]
Quóniam confortávit seras por**tá**rum tu**á**rum, *
benedíxit fíliis **tu**is **in** te.
Qui ponit fines **tu**os **pa**cem, *
et ádipe fruménti **sá**ti**at** te.
Qui emíttit elóquium **su**um **ter**ræ, *
velóciter currit **ver**bum **e**ius.
Qui dat nivem **si**cut **lan**am, *
pruínam sicut **cí**nerem **spar**git.
Mittit crystállum suam **si**cut buc**cél**las; *
ante fáciem frígoris eius **quis** sustin**é**bit?
Emíttet verbum suum et lique**fá**ciet **e**a, *
flabit spíritus eius, et **flu**ent **a**quæ.
Qui annúntiat verbum **su**um **Ia**cob, *
iustítias et iudícia **su**a **Is**raël.
Non fecit táliter omni **na**ti**ó**ni, *
et iudícia sua non manifes**tá**vit **e**is.

Ant. 3 AG 1004 (OCO 442)

**VI**






Canticum Ap 19: 1–7








LECTIO BREVIS

Accessístis ad Sion montem et civitátem Dei vivéntis, Ierúsalem cæléstem: et multórum mílium angelórum frequéntiam et Ecclésiam primitivórum, qui conscrípti sunt in cælis, † et iúdicem ómnium Deum, et spíritus iustórum perfectórum: et testaménti novi mediatórem Iesum, et sánguinis aspersiónem mélius loquéntem quam Abel.

RESPONSORIUM BREVE




*Vel responsorium prolixum:* AG 1004 (POP 456, 663)






*Vel* ℟. Hi qui amicti, *AG 1024 (POP 456).*



Ad Magnificat, ant. (p. 1450) AG 1011 (cf. OCO 443)




*C.* Magní-fi-cat * á-nima me- a Dóminum.

PRECES

Deum, córonam sanctórum omnium, † gaudénter deprecémur:
*Per intercessiónem sanctórum salva nos, Dómine.*

Deus sapientissime, qui apóstolos per Christum fundaméntum Ecclésiæ constituísti,
— serva fidéles tuos in eórum doctrína.

Qui martýribus fortitúdinem testimónii usque ad effusiónem sánguinis dedísti,
— redde christiános testes fidéles Fílii tui.

Qui sanctis virgínibus donum insígne dedísti Christum virgínem imitándi,
— iísdem concéde, ut virginitátem tibi consecrátam peculiáre signum cæléstium bonórum agnóscant.

Qui in sanctis ómnibus præséntiam, vultum et verbum tuum mani-

féstas,
— tríbue fidélibus ut eos coléndo, tibi propinguóres se esse séntiant.
Defúnctos concéde, ut cum beáta María Vírgine, beáto Ioseph et ómnibus sanctis perénniter hábitent.
— atque per intercessiónem eórum idem cæléste consórtium nobis largíre.
Pater noster *in tono solemni; oratio ut ad Laudes matutinas.*

### Ad Invitatorium

Ant. (Ps. t. 7, p. 1385) LHR 461




HYMNUS AG 1006

**I**











PSALMODIA

Ant. 1 AJ 2: 653 (cf. OCO 443)




Psalmus 8

[Dómine, Dóminus noster, *



quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra;]
quóniam eleváta est magnifi**cén**tia **tu**a *
*su*per **cæ**los.
Ex ore infántium et lactén*ti*um †
perfecísti laudem propter ini**mí**cos **tu**os, *
ut déstruas inimícum *et* ul**tó**rem.
Quando vídeo cælos tuos, ópera digi**tó**rum tu**ó**rum, *
lunam et stellas quæ *tu* fun**dá**sti:
quid est homo, quod **me**mor es **e**ius? *
aut fílius hóminis, quóniam ví*si*tas **e**um?
Minuísti eum paulo minus ab án*ge*lis, †
glória et honóre coro**ná**sti **e**um; *
et constituísti eum super ópera mánu*um* tu**á**rum.
Omnia subiecísti sub pédibus e*ius*, †
oves et boves **u**ni**vér**sas, *
ínsuper et pé*co*ra **cam**pi,
vólucres cæli et **pi**sces **ma**ris, *
quæcúmque perámbulant sé*mi*tas **ma**ris.
Dómine, Dóminus **no**ster, *
quam admírábile est nomen tuum in uni*vér*sa **ter**ra!

Ant. 2 PM 391 (OCO 443)




Psalmus 14

[Dómine, quis habitábit in tabernáculo tuo? *
quis requiéscet in monte sancto tuo?]

Qui ingréditur sine mácula, et ope**rá**tur iu**stí**tiam; *
qui lóquitur veritátem in *cor*de **su**o,
qui non egit dolum in lingua su*a*, †
nec fecit próximo **su**o **ma**lum, *
et oppróbrium non íntulit pró*xi*mo **su**o.
Ad níhilum reputátus est in conspéctu **e**ius ma**líg**nus, *
timéntes autem Dómi*num* glo**rí**ficat.
Qui iurat in detriméntum suum et non mu*tat*, †
qui pecúniam suam non dedit **ad** u**sú**ram, *
et,múnera super innocéntem *non* ac**cé**pit.
Qui **fa**cit hæc, *
non movébitur *in* æ**tér**num.

Ant. 3 CAO 4751: DK-Kk 3449, fo. 86v (OCO 443)




Psalmus 15

[Consérva me, Deus, *
quóniam sperávi in te.]
Dixi Dómino: « Dóminus *me*us **es** tu, *
bonum mi*hi* non est **si**ne te ».
In sanctos qui sunt in terra, ín*cli*tos **vi**ros, *
omnis volúntas *me*a in **e**os.
Multiplicántur do*ló*res e**ó**rum *
qui post deos aliénos ac*ce*lera**vé**runt.
Non effúndam libatiónes eórum *de* san**guí**nibus, *
neque assúmam nómina eórum in *lá*biis **me**is.



Dóminus pars hereditátis meæ et cá*li*cis **me**i: *
tu es qui déti*nes* sortem **me**am.
Funes cecidérunt mihi *in* præ**clá**ris; *
ínsuper et heréditas mea speci*ó*sa est **mi**hi.
Benedícam Dóminum qui tríbuit mihi *in*tel**léc**tum; *
ínsuper et in nóctibus erudiérunt *me* renes **me**i.
Proponébam Dóminum in conspéctu *me*o **sem**per, *
quóniam a dextris est mihi, *non* commo**vé**bor.
Propter hoc lætátum est cor me*um*, †
et exsultavérunt præcór*di*a **me**a; *
ínsuper et caro mea re*qui*éscet **in** spe.
Quóniam non derélinques animam meam *in* in**fér**no, *
nec dabis sanctum tuum vidére *cor*rupti**ó**nem.
Notas mihi fácies vias vi*tæ*, †
plenitúdinem lætítiæ cum *vul*tu **tu**o, *
delectatiónes in déxtera tua *us*que in **fi**nem.

℣. Respícite ad Dóminum, et illuminámini.
℟. Et fácies vestræ non confundéntur.

*Responsoria prolixa: post Lectionem primam,* Vidi Dominum*, AJ 2: 257 (cf. OCO 469); post Lectionem secundam,* Concede nobis*, ut ad I Vesperas (POP 663).*

**Ad Laudes matutinas**

Ant. 1 AG 115* (cf. OCO 443)



Psalmus 62: 2–9

[Deus, Deus meus es tu; *
ad te de luce vígilo.]
Sitívit in te **á**nima **me**a, *
te desiderávit **ca**ro **me**a.
In terra desérta et árida et inaquó*sa*, †
sic in sancto ap**pá**rui **ti**bi, *
ut vidérem virtútem tuam et **gló**riam **tu**am.
Quóniam mélior est misericórdia tua **su**per **vi**tas, *
lábia **me**a lau**dá**bunt te.
Sic benedícam te in **vi**ta **me**a, *
et in nómine tuo levábo **ma**nus **me**as.
Sicut ádipc et pinguédine repleátur **á**nima **me**a, *
et lábiis exsultatiónis lau**dá**bit os **me**um.
Cum memor ero tui super **stra**tum **me**um, *
in matutínis medí**tá**bor **de** te,
quia fuísti adi**ú**tor **me**us, *
et in velaménto alárum tuárum **ex**sul**tá**bo.
Adhǽsit ánima **me**a **post** te, *
me suscépit **déx**tera **tu**a.

Ant. 2 AG 1009 (cf. OCO 443)

**VIII a**



Bene-dí-ci- te Dó- mi-num omnes e- lécti e-ius: á-gi-



te di- em læ-tí- ti- æ, et confi- té-mi-ni il-li. *C.* Be-ne-dícite,



ómnia ópera Dómini, **Dó**mino; * laudáte et superexaltáte e- *um* ín





**sǽ**cu-la.

Canticum Dan 3: 57–88, 56

[Benedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino; *
laudáte et superexaltáte eum in sǽcula.]
Benedícíte, ángeli Dómini, **Dó**mino; *
benedícite, *cæ*li, **Dó**mino.
Benedícite, aquæ omnes quæ super cælos sunt, **Dó**mino; *
benedícite, omnes vírtútes Dó*mi*ni, **Dó**mino.
Benedícite, sol et luna, **Dó**mino; *
benedícite, stellæ *cæ*li, **Dó**mino.
Benedícite, omnis imber et ros, **Dó**mino; *
benedícite, omnes spíritus *De*i, **Dó**mino.
Benedícite, ignis et æstus, **Dó**mino; *
benedícite, frigus et *æ*stus, **Dó**mino.
Benedícite, rores et pruína, **Dó**mino; *
benedícite, gelu et *fri*gus, **Dó**mino.
Benedícite, glácies et nives, **Dó**mino; *
benedícite, noctes et *di*es, **Dó**mino.
Benedícite, lux et ténebræ, **Dó**mino; *
benedícite, fúlgura et *nu*bes, **Dó**mino.
Benedícat terra **Dó**minum; *
laudet et superexáltet e*um* in **sǽ**cula.
Benedícite, montes et colles, **Dó**mino; *
benedícite, universa germinántia in *ter*ra **Dó**mino.
Benedícite, fontes, **Dó**mino; *
benedícite, mária et flú*mi*na, **Dó**mino.
Benedícite, cete et ómnia quæ movéntur in aquis, **Dó**mino; *
benedícite, omnes vólucres *cæ*li, **Dó**mino.
Benedícite, omnes béstiæ et pécora, **Dó**mino; *
benedícite, fílii hó*mi*num **Dó**mino.
Benedícat Israël **Dó**mino; *
laudet et superexáltet e*um* in **sǽ**cula.
Benedícite, sacerdótes Dómini **Dó**mino; *
benedícite, servi Dó*mi*ni, **Dó**mino.
Benedícite, spíritus et ánimæ iustórum, **Dó**mino; *
benedícite, sancti et húmiles *cor*de, **Dó**mino.
Benedícite, Ananía, Azaría, Mísaël, **Dó**mino; *

laudáte et superexaltáte e*um* in **sǽ**cula.
Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto **Spí**ritu; *
laudémus et superexaltémus e*um* in **sǽ**cula.

Ant. 3 AG 1010 (cf. OCO 443

VIII a









Psalm 149

[Cantáte Dómino cánticum novum; *
laus eius in ecclésia sanctórum.]
Lætétur Israël in eo qui fecit **e**um, *
et fílii Sion exsúltent in *re*ge **su**o.
Laudent nomen eius in **cho**ro, *
in tympano et cíthara *psal*lant **e**i.
Quia beneplácitum est Dómino in pópulo **su**o, *
et honorábit mansuétos *in* sa**lú**tem.
Iúbilent sancti in **gló**ria, *
lætén tur in cubí*li*bus **su**is.
Exaltatiónes Dei in gútture e**ó**rum, *
et gládii ancípites in máni*bus* e**ó**rum,
ad faciéndam vindíctam in nati**ó**nibus, *
castigati*ó*nes in **pó**pulis,



ad alligándos reges eórum in com**pé**dibus, *
et nóbiles eórum in má*ni*cis **fér**reis,
ad faciéndum in eis iudícium con**scríp**tum: *
glória hæc est ómnibus *san*ctis **e**ius.

LECTIO BREVIS

Deus Dómini nostri Iesu Christi, Pater glóriæ † det vobis Spíritum sapiéntiæ et revelatiónis in agnitióne eius, illuminátos óculos cordis vestri: ut sciátis quæ sit spes vocatiónis eius, quæ divítiæ glóriæ hereditátis eius in sanctis.

RESPONSORIUM BREVE AG 69*

VI





Ad Benedictus, ant. (p. 1391) AG 1008 (POP 459)

I b








ut, mé-mo-res nostri, intercé- de- re digné- mi-ni pro



nobis ad Dómi- num De- um nostrum. *C.* Be-ne-díctus



Dómi-nus De- us Is-ra- ël, * quia visitávit et fecit redempti-



ónem ple-bis su- æ.

PRECES

Deum, corónam sanctórum ómnium, † gaudénter deprecémur:
*Per intercessiónem sanctórum salva nos, Dómine.*
Deus, fons sanctitátis, qui multifórmis grátiæ tuæ mirabília in sanctis fulgére fecísti,
— concéde nobis in illis magnitúdinem tuam celebráre.
Providentíssime ætérne Deus, qui perfectióres Fílii tui imágines in sanctis nobis ostendísti,
—præsta, ut ad uniónem cum Christo per illos efficácius moveámur.
Rex cælórum, qui per fidéles Christi sectatóres ad futúram civitátem nos íncitas,
— fac ut ab illis de tutióre via illuc perveniéndi edoceámur.
Deus, qui in sacrifício córporis Fílii tui árctius cæléstibus íncolis nos coniúngis,
— auge devotiónem nostram, ut cúltui eórum perféctius confor-mémur.
Pater noster *in tono sollemni.*

*Oratio*

Omnípotens sempitérne Deus, qui nos ómnium sanctórum tuórum



mérita sub una tribísti celebritáte venerári; quæsumus, ut desiderátam nbis tuæ propitiatiónis abundántiam, multipicátis intercessóribus, largiáris: Per Dóminum.

## Ad Horam mediam

### Ad Tertiam

Ant. AG 66* (cf. OCO 443)

VIII a



Cum palma ad regna pervené-runt Sancti: co- ró-



nas decó-ris me-ru- é-runt de manu Dómi-ni. E u o u a e.

LECTIO BREVIS

Gaudébunt et exsultábunt usque in sempitérnum in his: quæ ego creo, quia ecce ego creo Ierúsalem exsultatiónem et pópulum eius gáudium. † Et exsultábo in Ierúsalem et gaudébo in pópulo meo: et non audiétur in ea ultra vox fletus et vox clamóris.

℣. Gaudéte et exsultáte, omnes sancti.
℟. Quóniam merces vestra copiósa est in cælis.

### Ad Sextam

Ant. AM 981 (OCO 443)

IV a



Sa-pi- énti- am Sanctó- rum nar- rant pó- pu- li, et



laudes e- ó- rum pro-núnti- at omnis ec- clé- si- a.



E u o u a e.

LECTIO BREVIS

Secúndum eum, qui vocávit vos, sanctum, † et ipsi sancti in omni conversatióne sitis, quóniam scriptum est: Sancti éritis, quia ego sanctus sum.

℣. Lætámini, iusti, in Dómino.
℟. Et confitémini memóriæ sanctitátis eius.

### Ad Nonam

Ant. AM 652 (OCO 443)

I b



San-cti per fi-dem vi- cé- runt regna, o-pe- rá- ti sunt



iustí- ti- am, ad-é- pti sunt promis- si- ó-nes. E u o u a e.

LECTIO BREVIS

Angelus sústulit me in spíritu super montem magnum et altum: et osténdit mihi civitátem sanctam Ierúsalem descendéntem de cælo a Deo, habéntem claritátem Dei. † Et thronus Dei et Agni in illa erit: et servi eius sérvient illi et vidébunt fáciem eius, et nomen eius in fróntibus eórum.

℣. Iusti confitebúntur nómini tuo, Dómine.
℟. Et habitábunt recti in conspéctu tuo.

### Ad II Vesperas

*Hymnus ut ad I Vesperas, p. 958.*



PSALMODIA

Ant. 1 AG 1011 (cf. OCO 443)

I b



Vi- di turbam ma-gnum, quam di-nume-rá-re nemo pó-



te- rat, ex ómni-bus gén-ti-bus, stan- tes an-te thro-num.



*Ps.* Di-xit Dómi-nus **Dó**-mino **me**- o: * Sede a *dex*tris **me**- is.



[flex]

Psalmus 109: 1–5, 7

[Dixit Dóminus Dómino meo: *
« Sede a dextris meis,]
donec ponam ini**mí**cos **tu**os *
scabéllum pe*dum* tu**ó**rum ».
Virgam poténtiæ tuæ emittet Dómi**nus** ex **Si**on: *
domináre in médio inimicó*rum* tu**ó**rum.
Tecum principátus in die virtútis tu*æ*, †
in splen**dó**ribus **sanc**tis, *
ex útero matutíni velut *ro*rem **gé**nui te.
Iurávit Dóminus et non pæni**té**bit **e**um. *
« Tu es sacérdos in ætérnum
secúndum órdi*nem* Mel**chí**sedech ».
Dóminus a **dex**tris **tu**is, *
conquassábit in die iræ *su*æ **re**ges.
De torrénte in **vi**a **bi**bet, *
proptérea exal*tá*bit **ca**put.

Ant. 2 AG 1008 (cf. OCO 443)




Psalmus 115: 10–19

[Crédidi, étiam cum locútus sum: *
« Ego humiliátus sum nimis ».]
Ego dixi in trepidati**ó**ne **me**a: *
« Omnis *ho*mo **men**dax ».
Quid re**trí**buam **Dó**mino *
pro ómnibus quæ retrí*bu*it **mi**hi?
Cálicem salu**tá**ris ac**cí**piam, *
et nomen Dómini *in*vo**cá**bo.
Vota mea **Dó**mino **red**dam *
coram omni pó*pu*lo **e**ius.
Pretiósa in con**spéc**tu **Dó**mini *
mors sanc*tó*rum **e**ius.
O Dómine, ego **ser**vus **tu**us, *
ego servus tuus et fílius an*cíl*læ **tu**æ.
Dirupísti víncula me*a*: †
tibi sacrificábo **hós**tiam **lau**dis, *
et nomen Dómini *in*vo**cá**bo.
Vota mea **Dó**mino **red**dam *
coram omni pó*pu*lo **e**ius,



in átriis **do**mus **Dó**mini, *
in médio tu*i*, Ie**rú**salem.

Ant. 3 AG 1009 (cf. OCO 443)




Canticum Ap 11: 17-18; 12: 10b-12a

[Grátias ágimus tibi, *
Dómine Deus omnípotens,]
qui es et qui eras et qui ven**tú**rus es; *
quia accepísti virtútem tuam magnam *et* reg**nás**ti.
Et irátæ sunt **gen**tes, *
et advénit ira tua et tempus mortuórum *iu*di**cá**ri,
et réddere mercédem servis tuis, prophétis et **sanc**tis, *
et timéntibus nomen tuum, pusíl*lis* et **mag**nis.
Nunc facta est salus et virtus et regnum Dei **nos**tri *
et potéstas *Chris*ti **e**ius,
quia proiéctus est accusátor fratrum no**stró**rum, *
qui accusábat illos ante conspéctum Dei nostri di*e* ac **noc**te;
et ipsi vicérunt eum propter sánguinem **A**gni *
et propter verbum testimó*ni*i **su**i;
et non dilexérunt ánimas **su**as *

us*que* ad **mor**tem.
Proptérea lætámini, **cæ**li, *
et qui habitá*tis* in **e**is.

LECTIO BREVIS

Vos estis templum Dei vivi, sicut dicit Deus: Quóniam inhabitábo in illis et inambulábo inter eos, et ero illórum Deus, et ipsi erunt mihi pópulus. † Has ergo habéntes promissiónes, caríssimi, mundémus nos ab omni inquinaménto carnis et spíritus: perficiéntes sanctificatiónem in timóre Dei.

RESPONSORIUM BREVE




Ad Magnificat, ant. (p. 1432, 1434) AG 1012 (POP 459)









*Preces et ut ad I Vesperas, p. 966; Oratio ut ad Laudes matutinas.*

Die 2 novembris

IN COMMERATIONE OMNIUM DEFUNCTORUM

*Quando dies 2 novembris in Dominica occurrit, fieri potest celebratio cum populi participatione Vesperarum de Defunctis. (*Liturgia Horarum*, 3: 1250). Omnes de Offficio Defunctorum, præter sequentia:Omnes de Offficio Defunctorum, præter sequentia:*

*Oratio*

Preces nostras, quǽsumus, Dómine, benígnus exáudi: ut, dum attólitur nostra fides in Fílio tuo a mórtuis suscitáto; in famulórum tuórum præstólanda resurrectióne spes quoque nostra firmétur: Per Dóminum.

Die 3 novembris
S. MARTINI DE PORRES, O.P., REL.
Festum

*De commune sanctorum virorum, pro iis qui opera misericordiæ exercuerunt, præter sequentia:*

**Ad Invitatorium**

HYMNUS FSM 18 (POP 468)











## Ad Offficum lectionum

Ant. 1 AG 412 (POP 461)






Psalmus 20: 2–8, 14

[Dómine, in virtúte tua lætábitur rex, *
  et super salutáre tuum exsultábit veheménter.]
Desidérium cordis eius tribu**í**sti **e**i, *
  et voluntátem labiórum eius non *de*ne**gá**sti.
Quóniam prævenísti eum in benedictióni**bus** dul**cé**dinis; *
  posuísti in cápite eius corónam de au*ro* pu**rís**simo.
Vitam pétiit a te, et tribu**í**sti **e**i, *
  longitúdinem diérum in sæculum et in sæ*cu*lum **sæ**culi.
Magna est glória eius in salu**tá**ri **tu**o, *
  magnificéntiam et decórem impónes **su**per **e**um;
quóniam pones eum benedictiónem in **sæ**culum **sæ**culi, *
  lætificábis eum in gáudio ante *vul*tum **tu**um.
Quóniam rex **spe**rat in **Dó**mino, *
  et in misericórdia Altíssimi non *com*mo**vé**bitur.
Exaltáre, Dómine, in vir**tú**te **tu**a; *
  cantábimus et psallémus vir*tú*tes **tu**as.

Ant. 2 AG 420 (POP 461)




Psalmus 91 (I)

[Bonum est confitéri Dómino, *
  et psállere nómini tuo, Altíssime,]

annuntiáre mane miseri**cór**diam **tu**am, *
    et veritátem **tu**am per **no**ctem,
in decachórdo **et** psal**té**rio, *
    cum cánti**co** in **cí**thara.
Quia delectásti me, Dómine, in fac**tú**ra **tu**a, *
    et in opéribus mánuum tuárum **ex**sul**tá**bo.
Quam magnificáta sunt ópera **tu**a, **Dó**mine: *
    nimis profúndæ factæ sunt cogitati**ó**nes **tu**æ.
Vir insípiens **non** co**gnó**scet, *
    et stultus non in**tél**le**ge**t hæc.
Cum germináverint peccatóres **sic**ut **fe**num, *
    et florúerint omnes qui operántur i**ni**qui**tá**tem;
hoc tamen erit ad intéritum in **sǽ**culum **sǽ**culi; *
    tu autem altíssimus in æ**tér**num, **Dó**mine.

Ant. 3 AG 420 (POP 386)




II

[Quóniam ecce inimíci lui, Dómine, †
    quóniam ecce inimíci tui períbunt, *
    et dispergéntur omnes qui operántur iniquitátem.]



Exaltábis sicut unicórnis **cor**nu **me**um, *
    perfúsus sum *óle*o **ú**beri.
Et despíciet óculus meus ini**mí**cos **me**os, *
    et in insurgéntibus in me malignántibus áudiet *au*ris **me**a.
Iustus ut **pal**ma flo**ré**bit, *
    sicut cedrus Líba*ni* suc**cré**scet.
Plantáti in **do**mo **Dó**mini, *
    in átriis Dei no*stri* flo**ré**bunt.
Adhuc fructus dabunt **in** se**né**cta, *
    úberes et bene vi*rén*tes **e**runt,
ut annúntient quóniam rectus Dóminus, re**fú**gium **me**um, *
    et non est iníqui*tas* in **e**o.

℣. Díriget Dóminus mansuétos in iudício.
℟. Docébit mites vias suas.

*Responsorium prolixum post Lectionem secundam:* Abscondite eleemosynam*, AJ 1: 290 (POP 463).*

## Ad Laudes matutinas

PSALMODIA

Ant. 1 FSM 17 (POP 467)



Psalmus 62: 2–9

[Deus, Deus meus es tu; *
ad te de luce vígilo.]
Sitívit in te **á**nima **me**a, *
te desiderávit ca*ro* **me**a.
In terra desérta et árida et inaquó*sa,* †
sic in sancto ap**pá**rui **ti**bi, *
ut vidérem virtútem tuam et glóri*am* **tu**am.
Quóniam mélior est misericórdia tua **su**per **vi**tas, *
lábia mea *lau***dá**bunt te.
Sic benedícam te in **vi**ta **me**a, *
et in nómine tuo levábo ma*nus* **me**as.
Sicut ádipc et pinguédine repleátur **á**nima **me**a, *
et lábiis exsultatiónis laudábit *os* **me**um.
Cum memor ero tu¡ super **stra**tum **me**um, *
in matutínis medítá*bor* **de** te,
quia fuísti ad**iú**tor **me**us, *
et in velaménto alárum tuárum ex*sul***tá**bo.
Adhǽsit ánima **me**a **post** te, *
me suscépit déxte*ra* **tu**a.

Ant. 2 FSM 17 (POP 467)






*C.* Benedícite, ómnia ópera Dómini, **Dó**mino; * laudáte et superex-





altáte eum *in* **sǽ**cu-la.

Canticum Dan 3: 57–88, 56

[Benedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino; *
laudáte et superexaltáte eum in sǽcula.]
Benedícíte, ángeli Dómini, **Dó**mino; *
benedícite, cæ*li*, **Dó**mino.
Benedícite, aquæ omnes quæ super cælos sunt, **Dó**mino; *
benedícite, omnes vírtútes Dómi*ni*, **Dó**mino.
Benedícite, sol et luna, **Dó**mino; *
benedícite, stellæ cæ*li*, **Dó**mino.
Benedícite, omnis imber **et** ros, **Dó**mino; *
benedícite, omnes spíritus De*i*, **Dó**mino.
Benedícite, ignis et æstus, **Dó**mino; *
benedícite, frigus et æ*stus*, **Dó**mino.
Benedícite, rores et pruína, **Dó**mino; *
benedícite, gelu et fri*gus*, **Dó**mino.
Benedícite, glácies et nives, **Dó**mino; *
benedícite, noctes et dies, **Dó**mino.
Benedícite, lux et ténebræ, **Dó**mino; *
benedícite, fúlgura et nu*bes*, **Dó**mino.
Benedícat terra **Dó**minum; *
laudet et superexáltet eum *in* **sǽ**cula.
Benedícite, montes et colles, **Dó**mino; *
benedícite, universa germinántia in ter*ra* **Dó**mino.
Benedícite, fontes, **Dó**mino; *
benedícite, mária et flúmi*na*, **Dó**mino.
Benedícite, cete et ómnia quæ movéntur in aquis, **Dó**mino; *
benedícite, omnes vólucres cæ*li*, **Dó**mino.
Benedícite, omnes béstiæ et pécora, **Dó**mino; *
benedícite, fílii hómi*num* **Dó**mino.
Benedícat Israël **Dó**mino; *
laudet et superexáltet eum *in* **sǽ**cula.
Benedícite, sacerdótes Dómini **Dó**mino; *
benedícite, servi Dómi*ni*, **Dó**mino.
Benedícite, spíritus et ánimæ iustórum, **Dó**mino; *
benedícite, sancti et húmiles cor*de*, **Dó**mino.

Benedícite, Ananía, Azaría, Mísaël, **Dó**mino; *
  laudáte et superexaltáte eum *in* **sǽ**cula.
Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto **Spí**ritu; *
  laudémus et superexaltémus eum *in* **sǽ**cula.

Ant. 3 FSM 18 (POP 467)




Psalmus 149

[Cantáte Dómino cánticum novum; *
  laus eius in ecclésia sanctórum.]
Lætétur Israël in eo qui fecit **e**um, *
  et fílii Sion exsúltent in **re**ge **su**o.
Laudent nomen eius in **cho**ro, *
  in tympano et cíthara **psal**lant **e**i.
Quia beneplácitum est Dómino in pópulo **su**o, *
  et honorábit mansuétos **in** sa**lú**tem.
Iúbilent sancti in **gló**ria, *
  lætémtur in cu**bí**libus **su**is.
Exaltatiónes Dei in gútture e**ó**rum, *
  et gládii ancípites in máni**bus** e**ó**rum,
ad faciéndam vindíctam in nati**ó**nibus, *
  castigati**ó**nes in **pó**pulis,
ad alligándos reges eórum in com**pé**dibus, *
  et nóbiles eórum in **má**nicis **fér**reis,
ad faciéndum in eis iudícium con**scríp**tum: *
  glória hæc est ómnibus **san**ctis **e**ius.



LECTIO BREVIS

Sicut in uno córpore multa membra habémus, ómnia autem membra non eundem actum habent: ita multi unum corpus sumus in Christo, sínguli autem alter alteríus membra. † Habéntes autem donatiónes secúndum grátiam, quæ data est nobis: differéntes, sive prophetíam secúndum ratiónem fídei, sive ministérium in ministrándo, † sive qui docet in doctrína, sive qui exhortátur in exortándo: qui tríbuit in simplicitáte, qui præest in sollicitúdine, qui miserétur in hilaritáte.

RESPONSORIUM BREVE




Ad Benedictus, ant. (p. 1427) AV 719 (POP 469)





el, * quia visitávit et fecit redemptiónem ple-bis su-æ.

PRECES

Dóminum Iesum, qui multifórmi grátia sua sanctis ditat Ecclésiam, † magnificémus et fidénter invocémus:
*Spíritum Sanctum tuum da nobis, Dómine.*
Sapiéntiam tuam, Dómine, sapiéntibus et prudéntibus abscónditam, fidélibus tuis ætérnam largíre,
— ut in simplicitáte, cum beáto Martíno, confiteántur nómini sancto tuo et gloriéntur in laude tua.
Qui sanctam Martínum effecísti verbo tuo dócilem,
— præsta nobis mandáta tua fidéliter serváre, ut per Spíritum Sanctum in te maneámus et tu in nobis.
Qui, operándo mánibus tuis, dignitátem humáni labóris extulísti illíque opus evangelizatiónis addidísti,
— præsta ut nostrórum Fratrum cooperatórum númerus tua grátia augeátur in præparatiónem evangélii pacis.
Qui sancti Martíni caritáte, páuperum inópiam sublevásti,
— doce nos ópibus nostris indigéntibus subveníre, teque in mæréntibus inveníre.
Fac, Dómine, ut regéntes populórum non ad solam suam natiónem ánimos inténdant,
— sed cunctos revereántur ac de ómnibus sint sollíciti omni discrímine remóto.
Pater noster *in tono sollemni.*

*Oratio*

Deus, qui beátum Martínum per humilitátis iter ad cæléstem glóriam perduxísti: tríbue nobis eius ita nunc pérsequi exémpla præclára; ut exaltári cum ipso mereámur in cælis: Per Dóminum.



## Ad Vesperas

HYMNUS cf. AG 48* (POP 471)

VII



1. Mar-tí-ne, gemma cándi-da mi-cans in au- la gló- ri- æ,



no-bis ad-é- sto pró- fe-rens di- le-cti- ó- nis pí-gno- ra.



2. Tu ca- ri- tá- tis cæ- li- tus es forma fa- ctus é-mi-nens,



ut Christ*i* amó- ris ví- vi- da esses imá- go gén-ti- bus.



3. Almo replé- tus Spí- ri- tu ægros, e- gén-tes órpha- nos



æ-stu fo-vé- bas pé-cto- ris, pa- ter vo-cá- tus ómni- um.



4. His ígni-bus nos ímpe-tra ut ferve- á- mus á- cri- ter,



qui- bus De- um propén-si- us et di- li- gá-mus pró- ximos.




LECTIO BREVIS

Quosdam quidem pósuit Deus in Ecclésia primum apóstolos, secúndum prophétas, tértio doctóres: deínde virtútes, exínde donatiónes curatiónum, opitulatiónes, gubernatiónes, génera linquárum. † Numquid onmes apóstoli? Numquid omnes prophétæ? † Numquid omnes doctóres? Numquid omnes virtútes? † Numquid omnes donatiónes habent curatiónum? Numquid omnes linguis loquúntur? † Numquid omnes interpretántur? Æmulámini autem charísmata maióra.

RESPONSORIUM BREVE (POP 473)









Ad Magnificat, ant. (p. 1432, 1434) AM 824 (POP 473)




PRECES

Grátias agámus Deo Patri, qui exímium evangelícæ humilitátis exémplum in sancto Martíno Ecclésiæ suæ largítur, † et ad eum fiduciáliter clamémus: *Simplex fac cor nostrum, Dómine.*

Adésto, Dómine, Ecclésiæ tuæ quam sancti Martíni mirábili vita illuminásti,
— eius intercessióne ipsam clarífica ut ad páuperum salútem sincére inténdat.

Dómine Deus noster, qui tuæ benedictiónis grátia Ecclésiam tuam semper rénovas et ditas,
— fac ut semper tua benefícia recolámus et símplici corde grati proficiámus.

Cónsule, Dómine, iis qui discrímen ob genus, colórem, conditiónem, sermónem aut religiónem patiúntur,

— ut iúrium suórum et paritátis agnitiónem consequántur.
Adésto, Dómine, paupéribus, órphanos, víduis et ómnibus derelíctis,
— affer solácium ópere et labóre onerátis despectorúmque víndica dignitátem.
Réspice propítius fratres et soróres Ordinis qui óperi evangelizatiónis suo labóre partícipant,
— donis tuæ dilectiónis univérsis eos adímple.
Frátribus, qui in te dormiérunt, resurrectiónem et vitam concéde,
— nosque eis in tua glória consócia.
Pater noster *in tono solemni; Oratio ut ad Laudes matutinas.*

Die 4 novembris
S. CAROLI BORROMEO, EP.
Memoria Obligatoria

*De commune pastorum, præterea sequentia:*

*Oratio*

Custódi, quæsumus, Dómine, in pópulo tuo spíritum, quo beátum Cárolum epíscopum implevísti: ut Ecclésia indesinénter renovétur, et, Christi se imágini confórmans; ipsíus vultum mundo váleat osténdere: Per Dóminum.

Die 6 novembris
S. ALFONSI DE NAVARRETE, PRESB.,
ET SOC., O.P., MARTYRUM IN IAPONIA
Memoria Obligatoria

*De commune plurimorum martyrum, præter sequentia:*

**Ad Invitatorium**

Ant. (Ps. t. 1, p. 1358) Poissy MS, fo. 379r; cf. AJ 1: *58 (POP 477)












*Responsorium prolixum ad Officium lectionum:* Sancti mei*, AJ 2: *69.*

**Ad Laudes matutinas**

*Antiphonæ sequentes possunt adhiberi cum psalmis Officii lectionum, Laudum matutinarum, et Vesperum, etiam cum psalmis ferialibus: Ant. 1* Isti sunt*, AG 712; Ant. 2* His sunt*, AG 853; Ant. 3* Sub trono*, AG 661 (POP 477).*

Ad Benedictus, ant. (p. 1421) AJ 1: *59 (POP 482)












*Oratio*

Maiestátis tuæ cleméntiam supplíciter deprecámur, omnípotens et miséricors Deus: ut, sicut Unigéniti tui agnitiónem per beatórum mártyrum Alphónsi et sociórum prædicatiónem populórum Extrémi Oriéntis córdibus infudísti; ita, eórum intercessióne, fídei stabilitáte firméntur: Per Dóminum.

Ant. ad Magnficat (p. 1450) Poissy MS, fo. 379r; cf. AJ 1: *59 (POP 482)




Die 7 novembris

OMNIUM SANCTORUM ORDINIS PRÆDICATORUM

Festum

### Ad Invitatorium

Ant. (Ps. t. 1, p. 1358) MG 209 (POP 483)









HYMNUS AG 1025 (POP 499)






## Ad Officium lectionum

PSALMODIA

Ant. 1 AJ 2: 653 (POP 484)




Psalmus 14

[Dómine, quis habitábit in tabernáculo tuo? *
quis requiéscet in monte sancto tuo?]
Qui ingréditur sine mácula, et operátur iu**stí**tiam; *
qui lóquitur veritátem in *cor*de **su**o,]
qui non egit dolum in lingua su*a*, †
nec fecit próximo suo **ma**lum, *
et oppróbrium non íntulit pró*xi*mo **su**o.
Ad níhilum reputátus est in conspéctu eius ma**lí**gnus, *
timéntes autem Dómi*num* glo**rí**ficat.
Qui iurat in detriméntum suum et non mu*tat*, †
qui pecúniam suam non dedit ad u**sú**ram, *
et,múnera super innocéntem *non* ac**cé**pit.
Qui **fa**cit hæc, *
non movébitur *in* æ**tér**num.



Ant. 2 AJ 1: 491 (POP 485)




Psalmus 65, I

[Iubiláte Deo, omnis terra, †
psalmum dícite glóriæ nóminis eius, *
glorificáte laudem eius.]
Dícite Deo: « Quam terribília sunt **ó**pera **tu**a. *
Præ multitúdine virtútis tuæ blandiéntur tibi ini*mí*ci **tu**i.
Omnis terra adóret te et **psal**lat **ti**bi, *
psalmum dicat nó*mi*ni **tu**o ».
Veníte, et vidéte **ó**pera **De**i, *
terríbilis in adinventiónibus super fí*li*os **hó**minum.
Convértit mare in á*ri*dam, †
et in flúmine pertran**sí**bunt **pe**de; *
ibi lætábi*mur* in **i**pso.
Qui dominátur in virtúte sua in ætér*num*, †
óculi eius super **gen**tes re**spí**ciunt; *
rebélles non exalténtur in *se*me**tí**psis.
Benedícite, gentes, **De**um **no**strum, *
et audítam fácite vocem *lau*dis **e**ius;
qui pósuit ánimam **no**stram ad **vi**tam, *
et non dedit in commotiónem *pe*des **no**stros.
Quóniam pro**bá**sti nos, **De**us; *
igne nos examinásti, sicut exanimá*tur* ar**gén**tum.
Induxísti **nos** in **lá**queum, *
posuísti tribulatiónes in *dor*so **no**stro.
Imposuísti hómines super cápita no*stra*, †
transívimus per **i**gnem et **a**quam, *
et eduxísti nos in *re*fri**gé**rium.

Ant. 3 AJ 2: 655 (POP 486)









II

[Introíbo in domum tuam in holocáustis; *
reddam tibi vota mea,]
quæ protulérunt **lá**bia **me**a, *
et locútum est os meum in tribulati*ó*ne **me**a.
Holocáusta medulláta ófferam tibi cum in**cén**so a**rí**etum, *
ófferam tibi bo*ves* cum **hir**cis.
Veníte, audí*te*, †
et narrábo, omnes qui ti**mé**tis **De**um, *
quanta fecit á*ni*mæ **me**æ.
Ad ipsum ore **me**o cla**má**vi, *
et exaltávi in *lin*gua **me**a.
Iniquitátem si aspéxi in **cor**de **me**o, *
non exáu*di*et **Dó**minus.
Proptérea exau**dí**vit **De**us, *
atténdit voci deprecati*ó*nis **me**æ.
Benedíctus Deus, qui non amóvit orati**ó**nem **me**am *
et misericórdiam *su*am **a** me.

℣. Respícite ad Dóminum, et illumináminí.
℟. Et fácies vestræ non confundéntur.

*Responsoria prolixa: post Lectionem primum,* Propter testamentum, *AJ 2: 656 (POP 488, 664); post Lectionem secundam*, Concede nobis, *ut ad I Vesperas Solemnitatis Omnium Sanctorum (POP 495, 664), vel* Isti sunt triumpatores, *AJ 1: *32 (POP 493), vel* Laverunt stolas, *AJ 1: *56 (POP 498).*

## Ad Laudes matutinas

PSALMODIA

Ant. 1 AJ 2: 655 (POP 499)




Psalmus 62: 2–9

[Deus, Deus meus es tu; *
ad te de luce vígilo.]
Sitívit in te **á**nima **me**a, *
te desiderávit ca*ro* **me**a.
In terra desérta et árida et inaquó*sa,* †
sic in sancto ap**pá**rui **ti**bi, *
ut vidérem virtútem tuam et glóri*am* **tu**am.
Quóniam mélior est misericórdia tua **su**per **vi**tas, *
lábia mea *lau***dá**bunt te.
Sic benedícam te in **vi**ta **me**a, *
et in nómine tuo levábo ma*nus* **me**as.
Sicut ádipc et pinguédine repleátur **á**nima **me**a, *
et lábiis exsultatiónis laudábit *os* **me**um.
Cum memor ero tu¡ super **stra**tum **me**um, *
in matutínis medítá*bor* **de** te,
quia fuísti ad**iú**tor **me**us, *
et in velaménto alárum tuárum ex*sul***tá**bo.
Adhǽsit ánima **me**a **post** te, *
me suscépit déxte*ra* **tu**a.



Ant. 2 AG 64* (POP 500)




Canticum Dan 3: 57–88, 56

[Benedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino; *
laudáte et superexaltáte eum in sǽcula.]
Benedícíte, ángeli Dómini, **Dó**mino; *
benedícite, *cæ*li, **Dó**mino.
Benedícite, aquæ omnes quæ super cælos sunt, **Dó**mino; *
benedícite, omnes vírtútes Dó*mi*ni, **Dó**mino.
Benedícite, sol et luna, **Dó**mino; *
benedícite, stellæ *cæ*li, **Dó**mino.
Benedícite, omnis imber et ros, **Dó**mino; *
benedícite, omnes spíritus *De*i, **Dó**mino.
Benedícite, ignis et æstus, **Dó**mino; *
benedícite, frigus et *æ*stus, **Dó**mino.
Benedícite, rores et pruína, **Dó**mino; *
benedícite, gelu et *fri*gus, **Dó**mino.

Benedícite, glácies et nives, **Dó**mino; *
benedícite, noctes et *di*es, **Dó**mino.
Benedícite, lux et ténebræ, **Dó**mino; *
benedícite, fúlgura et *nu*bes, **Dó**mino.
Benedícat terra **Dó**minum; *
laudet et superexáltet e*um* in **sǽ**cula.
Benedícite, montes et colles, **Dó**mino; *
benedícite, universa germinántia in *ter*ra **Dó**mino.
Benedícite, fontes, **Dó**mino; *
benedícite, mária et flú*mi*na, **Dó**mino.
Benedícite, cete et ómnia quæ movéntur in aquis, **Dó**mino; *
benedícite, omnes vólucres *cæ*li, **Dó**mino.
Benedícite, omnes béstiæ et pécora, **Dó**mino; *
benedícite, fílii hó*mi*num **Dó**mino.
Benedícat Israël **Dó**mino; *
laudet et superexáltet e*um* in **sǽ**cula.
Benedícite, sacerdótes Dómini **Dó**mino; *
benedícite, servi Dó*mi*ni, **Dó**mino.
Benedícite, spíritus et ánimæ iustórum, **Dó**mino; *
benedícite, sancti et húmiles *cor*de, **Dó**mino.
Benedícite, Ananía, Azaría, Mísaël, **Dó**mino; *
laudáte et superexaltáte e*um* in **sǽ**cula.
Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto **Spí**ritu; *
laudémus et superexaltémus e*um* in **sǽ**cula.

Ant. 3 MS Poissy Ant. fo. 254v; cf. AJ 2: *123 (POP 500)

VII a



In ci-vi-tá-te Dómi-ni, cla-re sonant iugi-ter órga-



na san-ctó-rum, i-bi ánge-li et archán-ge-li hymnum de-



cán- tant, ante thronum De- i, alle-lú-ia. *Ps.* Cantáte Dómi-





no **cán**ticum **no-** vum; * laus eius in ecclési- **a** san**ctó-** rum.

Psalmus 149

[Cantáte Dómino cánticum novum; *
laus eius in ecclésia sanctórum.]
Lætétur Israël in eo qui **fe**cit **e**um, *
et fílii Sion exsúltent in **re**ge **su**o.
Laudent nomen **e**ius in **cho**ro, *
in tympano et cíthara **psal**lant **e**i.
Quia beneplácitum est Dómino in **pó**pulo **su**o, *
et honorábit mansuétos **in** sa**lú**tem.
Iúbilent **san**cti in **gló**ria, *
læténtur in cu**bí**libus **su**is.
Exaltatiónes Dei in **gút**ture e**ó**rum, *
et gládii ancípites in máni**bus** e**ó**rum,
ad faciéndam vindíctam **in** nati**ó**nibus, *
castigati**ó**nes in **pó**pulis,
ad alligándos reges eórum **in** com**pé**dibus, *
et nóbiles eórum in **má**nicis **fér**reis,
ad faciéndum in eis iudíci**um** con**scríp**tum: *
glória hæc est ómnibus **san**ctis **e**ius.

LECTIO BREVIS

Hic est annunciátio, quam audívimus ab eo et annuntiámus vobis, † quóniam Deus lux est, et ténebræ in eo non sunt ullæ: Si dixérimus quóniam communiónem habémus cum eo et in ténedris ambulámus, mentímur et non fácimus veritátem; † si autem in luce ambulémus, sicut ipse est in luce, communiónem habémus ad ínvicem: et sanguis Iesu Fílii eius mundat nos ab omni peccáto.

RESPONSORIUM BREVE

VI



Sancti et ius-ti. * In Dómino gaudé-te. ℣. Vos e-lé-git




Ad Benedictus, ant. (p. 1418) AG 1030 (POP 500)






PRECES

Laudes dicámus Deo Patri, † qui nos vocávit in sortem sanctórum in lúmine: *Tu solus sanctus, Dómine.*

So iustítiæ, Deus, quo beátus Pater Domínicus collustrátus in terra modo refúlget in cælis:

— tibi cum eo læti grátias ágimus.

Omnis sanctitátis fons, qui in sanctis frátribus nostri atque soróribus exímium suscitásti veritátis amórem, Christo crucifíxo conformitátem et salútis animárum sitim:

— propter insértum nobis propósitum eos imitándi grates tibi repéndimus.

Præcláram tuam osténdis in sanctis frátribus sapiéntiam atque voluntátem omnes hómines salvos faciéndi:

— propióres iam illis effécti eso honorándo, laudes tibi cum ipsis cánimus.

Fratres nostros, quos in mundo tibi testes fecísti, benígnus réspice:

— propter eórum fortem et constántem ánimum, grátias tibi persólvimus.

Propter cunctos fratres et sorores, quo adveniéntis regni tui prænúntios consecrásti,

— glorificámus te, Dómine.

Pater noster *in tono sollemni.*

*Oratio*

Deus, omnis fons sanctitátis, qui Ecclésiam tuam váriis sanctórum Ordinis Prædicátorum donis ditáre dignátus es: da nobis ita eórum sequi vestígia; ut quos hódie sub una celebritáte venerámur in terris, iis perpétua tandem festivitáte associémur in cælis: Per Dóminum.

## Ad Vesperas

HYMNUS cf. AG 1025 (POP 503)











*Vel* Iesu corona cælitum*, ut die 1 novembris ad I Vesperas.*

PSALMODIA

Ant. 1 AM 624 (OCO 503)






Psalmus 88: 2–19

[Misericórdias Dómini in ætérnum cantábo, *
in generatiónem et generatiónem
annuntiábo veritátem tuam in ore meo.]
Quóniam dixí*sti*: †
« In ætémum misericórdia æ**di**fi**cá**bitur », *
in cælis firmábitur vé*ri*tas **tu**a.
« Dispósui testaméntum e**léc**to **me**o, *
iurávi David *ser*vo **me**o.
Usque in ætérnum confirmábo **se**men **tu**um, *
et ædificábo in generatiónem et generatiónem *se*dem **tu**am ».
Confitebúntur cæli mirabília **tu**a, **Dó**mine, *
étenim veritátem tuam in ecclési*a* san**ctó**rum.
Quóniam quis in núbibus æ**quá**bitur **Dó**mino, *
símilis erit Dómino in fí*li*is **De**i?
Deus, metuéndus in consíli**o** san**ctó**rum, *
magnus et terríbilis super omnes qui in circú*i*tu **e**ius sunt.
Dómine Deus virtútum, quis **sí**milis **ti**bi? *
Potens es, Dómine, et véritas tua in circú*i*tu **tu**o.
Tu domináris su**pér**biæ **ma**ris, *
elatiónes flúctuum ei*us* tu **mí**tigas.
Tu conculcásti sicut vulne**rá**tum **Ra**hab, *
in brácchio virtútis tuæ dispersísti ini*mí*cos **tu**os.
Tui sunt cæli, et **tu**a est **ter**ra, *
orbem terræ et. plenitúdinem eius *tu* fun**dá**sti.
Aquilónem et Austrum **tu** cre**á**sti, *
Thabor et Hermon in nómine tuo *ex*sul**tá**bunt.
Tibi brácchium **cum** po**tén**tia: *
firma est manus tua, et exaltáta déx*te*ra **tu**a.
Iustítia et iudícium firmaméntum **se**dis **tu**æ. *
Misericórdia et véritas præcédent fá*ci*em **tu**am.
Beátus pópulus qui scit iubi**la**ti**ó**nem; *
Dómine, in lúmine vultus tui *am*bu**lá**bunt,
et in nómine tuo exsultábunt **to**ta **di**e, *
et in iustítia tua ex*al*ta**bún**tur.



Quóniam decor virtútis e**ó**rum **tu** es, *
et in beneplácito tuo exaltábitur *cor*nu **no**strum.
Quia Dómini est **scu**tum **no**strum, *
et sancti Isra*ël* rex **no**ster.

Ant. 2 AG 420 (cf. POP 504)




Psalmus 97

[Cantáte Dómino cánticum novum, *
quia mirabília fecit.]
Salvávit sibi **déx**tera **e**ius, *
et brácchium **sanc**tum **e**ius.
Notum fecit Dóminus salu**tá**re **su**um, *
in conspéctu géntium revelávit ius**tí**tiam **su**am.
Recordátus est miseri**cór**diæ **su**æ *
et veritátis suæ **dó**mui **Is**raël.
Vidérunt omnes **tér**mini **ter**ræ *
salutáre **De**i **no**stri.
Iubiláte Deo, **om**nis, **ter**ra, *
erúmpite, exsul**tá**te et **psál**lite.
Psállite. Dómi**no** in **cí**thara, *
in cíthara et **vo**ce **psal**mi;
in tubis ductílibus et voce **tu**bæ **cór**neæ, *
iubiláte in conspéctu **re**gis **Dó**mini.
Sonet mare et pleni**tú**do **e**ius, *
orbis terrárum et qui hábi**tant** in **e**o.

Flúmina plaudent ma*nu*, †
simul montes exsultábunt a con**spé**ctu **Dó**mini, *
quóniam venit iudi**cá**re **ter**ram.
Iudicábit orbem terrárum **in** ius**tí**tia *
et pópulos **in** æqui**tá**te.

Ant. 3 AG 1009 (cf. OCO 505)

VIII a

Re-demí-sti nos, Dómine De- us, in sángui-ne tu- o


ex omni tri- bu et lingua, et pó-pu-lo et na-ti- ó- ne:


et fe-cí-sti nos De- o nostro regnum. *C.* Grá-ti- as agámus


De-o **Pa-** tri, * qui dignos nos fecit in partem sortis sanctó*rum* in


**lú**mine. [flex]

Canticum Col 1: 12–20

[Grátias agámus Deo Patri, *
qui dignos nos fecit in partem sanctórum in lúmine,]
qui erípuit nos de potestáte tene**brá**rum *
et tránstulit in regnum Fílii dilecti*ó*nis **su**æ,
in quo habémus redemptiónem per sánguinem **e**ius, *
remissiónem *pec*ca**tó**rum.
Qui est imágo Dei invi**sí**bilis, *
primogénitus omnis *cre*a**tú**ræ;



quóniam in ipso cóndita sunt univér*sa* †
in cælis et in **ter**ra, *
visibília et in*v*isi**bí**lia,
sive throni sive dominati**ó**nes *
sive principátus sive *po*tes**tá**tes:
ómnia per ipsum et in ipso creá*ta* sunt, †
et ipse est ante **om**nes, *
et ómnia in *i*pso **con**stant.
Et ipse est caput córporis Ecclé*si*æ, †
qui est princípium, primogénitus ex **mór**tuis, *
ut sit in ómnibus ipse pri*má*tum **te**nens;
quia in ipso complácuit omnem plenitúdinem inhabi**tá**re, *
et per eum reconciliáre ómni*a* in **i**psum,
pacíficans per sánguinem crucis **e**ius *
sive quæ in terris sive *quæ* in **cæ**lis sunt.

LECTIO BREVIS

Grátias ago Deo meo in omni memória vestri, semper in omni oratióne mea pro ómnibus vobis cum gáudio deprecatiónem fáciens, super communióne vestra in Evangélio: sicut est mihi iustum hoc sentíre pro ómnibus vobis, † eo quod hábeam in corde vos, et in vínculis meis et in defensióne et confirmatióne Evangélii sócios grátiæ meæ omnes vos esse: Testis enim mihi Deus, quómodo cúpiam omnes vos in viscéribus Christi Iesu.

RESPONSORIUM BREVE (POP 507)

VI

Hæc est ve-ra fra-térni-tas * Quæ Christi amó-re vi-cit sǽ-


cu- li té-nebras. ℣. Incli- ta te-nens regna cæ-lésti- a. *


Quæ. Gló-ri- a. Hæc est.

Ad Magnificat, ant. (p. 1450) AG 1027 (POP 507)




PRECES

Oculis in cælum sublevátis † et concórdi cum beátis frátribus voce Dóminum flagitémus: *Sancti simus, quia tu sanctus es.*
Cum beáta María Vírginie, Fílii tui matre, cuius tutélæ Ordinem Prædicátorum commisísti, verba tua ascultáre vólumus:
— ítaque da nobis, Dómine, cor húmile et atténtum.
Cum beáto Domínico, Patre nostro, cui verbi ministérium contulísti, evangélium regni mundo muntiáre inténdimus:
— vitam ígitur nostram fac verbo tuo confórmem.
Cum frátribus nostris martýribus, qui córpora tibi hóstiam viséntem exhibuérunt, testimónium tibi réddere vólumus:
— præsta nobis ut crucem parátam quotídie fórtiter portémus.
Cum frátribus et soróribus nostris post fructuósam vitam ædes tuas ingréssis sperámus ad cænam ætérnam admítti:
— fac ut spes nostra non confundátur.
Cunctis famíliæ nostræ sodálibus et benefactóribus defúnctis
— benígnus tríbue ut in ætérnum apud te máneant.
Pater noster *in tono solemni; Oratio ut ad Laudes matutinas.*

Die 8 novembris

ANNIVERSARIUM OMNIUM FRATRUM
ET SORORUM DEFUNCTORUM O.P.

*De Officio defunctorum, præter sequentia:*



*Responsoria prolixa ad Officium lectionum: post Lectionem primam,* Qui Lazarum, *AJ 1: *125 (POP 509); post lectionem secundum,* Salvatorem expectamus, *AJ 1: 143 (POP 664), vel* O Spem miram, *ut ad I Vesperas Solemnitatis S. P. N. Dominici, vel* Emendemus in melius, *AJ 1: 288 (POP 519).*

**Ad Laudes matutinas**

Ad Benedictus, ant. (p. 1427) AG 525 (POP 519)




PRECES PRO DEFUNCTIS (POP 520)

Crucifíxum Iesum Fílium Patris ætérni, de Spíritu Sancto † concéptum, natum de Vírgine María, Verbum Dei ætérnum adorémus supplicántes: *Adorémus Te.*
Iesu crucifíxe, templum Dei sanctum, † in quo bónitas et misericórdia Patris pro hóminibus hábitant:
*Adorémus Te.*
Iesu crucifíxe, iustítiæ et amóris receptáculum, † bonitáte plene, fons totíus fidelitátis, omni laude digníssime:
*Adorémus Te.*
Iesu crucifíxe, res et centrum ómnium córdium, † in quo sunt omnes thesáuri sapiéntiæ et sciéntiæ, in quo hábitat omnis plenitúdo

divinitátis, in quo Pater sibi complácuit:
*Adoremus Te.*
Pater noster *in tono simplici.*

*Oratio*

Deus, qui nos ad eándem spem mirífice vocas, súpplices pro frátribus et soróribus nostris defúnctis exorámus; ut, quos in hac vita ineffábili amóre dilexísti: quosque apostólica caritáte tibi deservíre in Evangélii prædicatióne donásti; in pace et gáudio tecum, benígnus recípias: Per Dóminum.

Ad Magnificat, ant. (p. 1448) AG 798 (POP 519)




PRECES PRO DEFUNCTIS (POP 520)

Christus resuscitátus, primogénitus ex mórtuis, pignus fidúciæ speíque nostræ, pro nobis ad Patrem interpellát: † deprecémur per eum qui est Dóminus vivéntium:
*Intercéde pro nobis.*
Christe, de cuius plenitúdine omnes nos accépimus, † spes nostra ætérna, pátiens et multæ misericórdiæ, dives in omnes qui ínvocant te,



*Intercéde pro nobis.*
Christe, fons et vitæ et sanctitátis, in aqua baptísmi fratres nostros abluísti, † Córpore et Sánguine tuo enutrivísti,
*Intercéde pro eis.*
Christe, salus in Te sperántium, spes abscóndita ómnium hóminum, † virtus liberátrix omnis creatúræ,
*Intercéde pro ómnibus hódie moriéntibus.*
Pater noster *in tono simplici; Oratio ut ad Laudes matutinas.*

Die 9 novembris
IN DEDICATIONE BASILICÆ
Festum

*De commune Dedicationis ecclesiæ.*

Die 10 novembris
S. LEONIS MAGNI, P. ET ECCL. DOCT.
Memoria Obligatoria

*De commune pastorum, pro doctoribus Ecclesiæ, præterea sequentia:*

*Oratio*

Deus, qui advérsus Ecclésiam tuam, in apostólicæ petræ soliditáte fundátam, portas ínferi numquam prævalére permíttis; da ei, quæsumus, ut intercedénte beáto Leóne papa, in tua veritáte consístens, pace contínua muniátur: Per Dóminum.

Die 11 novembris
S. MARTINI, EP.
Memoria Obligatoria

*De commune pastorum, præter sequentia:*

**Ad Invitatorium**

Ant. (Ps. t. 2, p. 1361) LHR 465



ó- ne be- á- ti Mar- tí- ni. *Ps.* Ve-ní- te.

HYMNUS cf. AG 49*

III

1. Martí-ne, par a-pósto-lis, festum co-léntes tu fo- ve;
qui ví-ve-re discí-pu- lis aut mo- ri vis, nos ré- spi- ce.

2. Fac nunc quod o-lim gésse-ras, nunc præsules cla-rí- fi- ca,
auge de-cus Ecclé-si- æ, fraudes re- lí- de Sá- ta- næ.

3. Qui ter cha- os e-vísce- ras, mersos re- á- tu sú- sci- ta;
di-ví-se- ras ut chlámy- dem, nos índu- e iustí- ti- am.

4. Ut spe-ci- á- lis gló-ri- æ quondam tu- æ memí- ne- ris,



pontí- fi-cum nunc órdi- ni pi- o fa-vó- re súb- ve- ni.

5. Sit Tri- ni- tá- ti gló- ri- a, Martí-nus ut confés- sus est,
e-ius fidem qui iúgi- ter in nos per a- ctus ín-se- rat. A-men.

## Ad Laudes matutinas

PSALMODIA

Ant. 1 CAO 4670: DK-Kk 3449, fo. 20r (OCO 443)

VII b

Sa-cérdos De- i, Martí-ne, a-pér-ti sunt ti- bi cæ- li
et regnum Pa-tris tu- i. *Ps.* De- us, De- us **me-** us **es** tu; * ad te
de **lu-** ce **ví-**gi-lo. [flex]

Psalmus 62: 2–9

[Deus, Deus meus es tu; *
ad te de luce vígilo.]
Sitívit in te **á**nima **me**a, *
te desiderávit **ca**ro **me**a.

In terra desérta et árida et inaquó*sa*, †
sic in sancto ap**pá**rui **ti**bi, *
ut vidérem virtútem tuam et **gló**riam **tu**am.
Quóniam mélior est misericórdia tua **su**per **vi**tas, *
lábia **me**a lau**dá**bunt te.
Sic benedícam te in **vi**ta **me**a, *
et in nómine tuo levábo **ma**nus **me**as.
Sicut ádipc et pinguédine repleátur **á**nima **me**a, *
et lábiis exsultatiónis lau**dá**bit os **me**um.
Cum memor ero tui super **stra**tum **me**um, *
in matutínis medí**tá**bor **de** te,
quia fuísti ad**iú**tor **me**us, *
et in velaménto alárum tuárum **ex**sul**tá**bo.
Adhǽsit ánima **me**a **post** te, *
me suscépit **déx**tera **tu**a.

Ant. 2 AG 1022 (cf. OCO 443)




Cantica Dan 3: 57–88, 56

[Benedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino; *
laudáte et superexaltáte eum in sǽcula.]



Benedícíte, ángeli **Dó**mini, **Dó**mino; *
benedícite, **cæ**li, **Dó**mino.
Benedícite, aquæ omnes quæ super **cæ**los sunt, **Dó**mino; *
benedícite, omnes vírtútes **Dó**mini, **Dó**mino.
Benedícite, sol et **lu**na, **Dó**mino; *
benedícite, stellæ **cæ**li, **Dó**mino.
Benedícite, omnis imber **et** ros, **Dó**mino; *
benedícite, omnes spíritus **De**i, **Dó**mino.
Benedícite, ignis et **æ**stus, **Dó**mino; *
benedícite, frigus et **æ**stus, **Dó**mino.
Benedícite, rores et pru**í**na, **Dó**mino; *
benedícite, gelu et **fri**gus, **Dó**mino.
Benedícite, glácies et **ni**ves, **Dó**mino; *
benedícite, noctes et **di**es, **Dó**mino.
Benedícite, lux et **té**nebræ, **Dó**mino; *
benedícite, fúlgura et **nu**bes, **Dó**mino.
Benedícat **ter**ra **Dó**minum; *
—concéde nobis ut vestígia tua sectémur.
Dómine Iesu, magíster, quem María audiébat, cum Martha tibi

serviébat,
—concéde nobis, ut in fide et caritáte serviámus tibi.
Dómine Iesu, qui fratrem, sorórem et matrem appellásti omnes tuam voluntátem faciéntes,
—concéde nobis ut tibi semper verbis complaceámus et actis.
Pater noster *in tono secundum gradum celebrationis.*

*Oratio*

Deus, qui nos ánnua beátæ *N.* festivitáte lætíficas: da, quǽsumus, ut quam venerámur offício; étiam piæ conversatiónis sequámur exémplo: Per Dóminum.

*Pro pluribus sanctis mulieribus:*

Concéde, quǽsumus, omnípotens Deus: ut veneránda nobis beatárum *N.* et *N.* intercéssio tríbuat cæléste subsídium; quarum vita mirábilis ómnibus salutáre præstat exémplum: Per Dóminum.

*Vel aliæ orationes in Liturgia Horarum.*

## Ad Horam mediam

### Ad Tertiam

Ant. RM 225 (OCO 458)




LECTIO BREVIS

Quæ semináverit homo, hæc et metet; † quóniam, qui séminat in carne sua, de carne metet corruptiónem: qui autem séminat in spíritu, de spíritu metet vitam ætérnam.

℣. Beáti immaculáti in via.
℟. Qui ámbulant in lege Dómini.



### Ad Sextam

Ant. AG 455 (cf. OCO 458)




LECTIO BREVIS

Ego sic curro non quasi in incértum, † sic pugno non quasi áerem vérberans: sed castígo corpus meum et in servitútem rédigo.

℣. Invéni quem díligit ánima mea.
℟. Ténui eum, nec dimíttam.

### Ad Nonam

Ant. AG 456 (cf. OCO 458)




LECTIO BREVIS

Fratres, quæcúmque sunt vera, † quæcúmque pudíca, quæcúmque iusta, quæcúmque casta: quæcúmque amabília, quæcúmque bonæ famæ, † si qua virtus et si qua laus, hæc cogitáte: et Deus pacis erit vobíscum.

℣. Cantábo tibi, Dómine.

℟. Psallam et intéllegam in via immaculáta.

## Ad II Vesperas

HYMNUS

*In solemnitatibus unius sanctæ:* cf. AG 46*



1. Fortem vi- rí- li pécto- re laudémus omnes fé-mi-nam,



quæ sancti-tá-tis gló- ri- a ubí- que ful-get íncli- ta.

*In festis unius sanctæ:* AG 82*



1. Fortem vi- rí- li péc-to-re laudémus omnes fé-mi-nam,



quæ sancti-tá-tis gló- ri- a u-bíque ful-get íncli- ta.

*In memoriis unius sanctæ:* cf. AG 49*



1. Fortem vi- rí- li péctore laudémus omnes fé- mi-nam,



quæ sancti-tá-tis gló- ri- a u-bíque ful- get ín-cli- ta.

2. Hæc sancto amóre sáucia,
huius cadúca sǽculi

4. Rex Christe, virtus fórtium,
qui magna solus éfficis,



dum calcat, ad cæléstia
iter perégit árduum.

3. Carnem domans ieiúniis,
dulcíque mentem pábulo
oratiónis nútriens,
cæli potítur gáudiis.

huius precátu, quǽsumus,
audi benígnus súpplices.

5. Iesu, tibi sit glória,
qui nos beátæ sérvulæ
speráre das suffrágia
et sempitérna prǽmia. Amen.

*In memoriis ad libitum:* cf. AG 49*



1. Fortem vi- rí- li pécto-re laudémus omnes fé-mi-nam,



quæ sancti-tá-tis gló-ri- a u-bíque ful-get íncli- ta.

*In Sollemnitatibus plurimarum sanctarum:* cf. AG 89*



1. Christe, cunctó- rum sa- tor et re-démptor, sí- de-rum,



ter- ræ, ma-ris atque rector, ómni- um laudes ti-bi per-



so-nán- tum sol- ve re- á- tum,

*In festis plurimarum sanctarum:* cf. AG 91*



1. Christe, cunctó-rum sa-tor et re-démptor, sí-de-rum, ter-




*In memoriis plurimarum sanctarum:* cf. AG 92*




2. Vase qui gemmas frágili recóndis,
víribus fluxas ánimo pudícas
féminas reddens faciénsque claros
  ferre triúmphos.

3. Quas et in sensu téneras vidémus,
prærogatíva mériti corónas,
íncolas regni facis et perénnes
  esse supérni.

4. Sit Patri summo decus atque virtus,
laus tibi Nato celebrísque cultus,
Flámini Sancto párilis potéstas
  nunc et in ævum. Amen.



PSALMODIA

Ant. 1 AV (220) (OCO 458)




Psalmus 121

[Lætátus sum in eo quod dixérunt **mi**hi: *
  « In domum Dó*mi*ni **í**bimus ».]
Stantes iam sunt pedes **nos**tri *
  in portis tu*is*, Ie**rú**salem.
Ierúsalem, quæ ædificáta est ut **cí**vitas *
  sibi compácta *in* i**dí**psum.
Illuc enim ascendérunt tribus, tribus **Dó**mini, *
  testimónium Israël, ad confiténdum nó*mi*ni **Dó**mini.
Quia illic sedérunt sedes ad iu**dí**cium, *
  sedes *do*mus **Da**vid.
Rogáte quæ ad pacem sunt Ie**rú**salem, *
  secúri sint *di*li**gén**tes te.
Fiat pax in muris **tu**is, *
  et secúritas in túr*ri*bus **tu**is.
Propter fratres meos et próximos **me**os *
  lo*quar*: « Pax **in** te!»
Propter domum Dómini Dei **nos**tri *
  exquíram *bo*na **ti**bi.

Ant. 2 AM 324 (OCO 458)




Psalmus 126

[Nisi Dóminus ædifi**cá**verit **do**mum, *
in vanum labórant qui æ**dí**ficant **e**am.]
Nisi Dóminus custodíerit **ci**vi**tá**tem, *
frustra vígilat qui cu**stó**dit **e**am.
Vanum est vobis ante lucem súr*ge*re, †
et sero quiéscere, et manducáre **pa**nem la**bó**ris. *
Verúmtamen dabit ipse diléctis **su**is du**plí**cia.
Ecce heréditas **Dó**mini, **fí**lii, *
merces **fruc**tus **ven**tris.
Sicut sagíttæ in **ma**nu po**tén**tis, *
ita fílii **iu**ven**tú**tis.
Beátus vir qui implévit pháretram **su**am ex **ip**sis; *
non confundétur, cum loquétur inimícis **su**is in **por**ta.



Ant. 3 AG 108* (cf. OCO 458)




Canticum Eph 1: 3–10

[Benedíctus Deus et Pater Dómini nostri Iesu **Chri**sti, *
qui benedíxit nos in omni benedictióne spiritáli
in cæléstì*bus* in **Chri**sto;]
sicut elégit nos in ipso ante mundi constitutió*nem*, †
ut essémus sancti et immacu**lá**ti *
in conspéctu eius *in ca*ri**tá**te,
qui prædestinávit nos in adoptiónem filió*rum* †
per Iesum Christum in **ip**sum, *
secúndum propósitum volun*tá*tis **su**æ,
in laudem glóriæ grátiæ **su**æ, *
in qua gratificávit nos in dilécto Fí*li*o **su**o,
in quo habémus redemptiónem per sánguinem **e**ius, *
remissiónem *pec*ca**tó**rum.

Secúndum divítias grátiæ e*ius,* †
quæ superabundávit in **no**bis *
in omni sapientia *et* pru**dén**tia;
ut notum fáceret nobis sacraméntum voluntátis **su**æ, *
secúndum benepl*áci*tum **e**ius,
quod propósuit in **e**o, *
in dispensatióne plenitú*di*nis **tém**porum,
instauráre ómnia in **Chri**sto, *
quæ in cælis et *quæ* in **ter**ra sunt.

LECTIO BREVIS

Scimus quóniam diligéntibus Deum ómnia cooperántur in bonum, iis qui secúndum propósitum vocáti sunt sancti. † Nam quos præscívit, et prædestinávit confórmes fíeri imáginis Fílii sui: ut sit ipse primogénitus in multis frátribus. † Quos autem prædestinávit, hos et vocávit: et quos vocávit, hos et iustificávit; quos autem iustificávit, illos et glorificávit.

RESPONSORIUM BREVE cf. AG 138*










Ad Magnificat, ant. (p. 1446) AG 624 (POP Add 175)















PRECES

Dóminum, per mulíeres sanctas, † pro Ecclásia deprecémur, dicéntes:
*Recordáre Ecclésiæ tuæ, Dómine.*
Per mártyres omnes, quæ róbore mentis mortem carnis devicérunt,
— da Ecclésiæ tuæ in tentatiónibus fortitúdinem.
Per nuptas, quæ matrimónio sancto in grátia processérunt,
— da Ecclésiæ tuæ apostólicam fecunditátem.
Per víduas, quæ oratióne et hospitalitáte solitúdinem suam levavérunt ac sanctificavérunt,
— da Ecclésiæ tuæ sacraméntum caritátis tuæ mundo exhibére.
Per matres, quæ prolem ad regnum Dei et ad consórtium humánum genuérunt,
— da Ecclésiæ tuæ, ut hómines univérsos ad vitam géneret atque salútem.
Per omnes mulíeres sanctas, quæ lumen vultus tui contemplári meruérunt,
— concéde defúnctos Ecclésiæ tuæ eádem visióne in ætérnum gaudére.
Pater noster *in tono secundum festum.*

*Oratio ut ad Laudes matutinas.*

## PRO RELIGIOSIS

*Omnia de Communi sanctorum virorum aut sanctarum mulierum, præter sequentia:*

### Ad I Vesperas

*Hymnus ut in II Vesperas.*

Ad Magnificat (p. 1432, 1434), ant. AG 53* (POP Add 175)




*Vel: (p. 1432, 1434)* AG 595 (POP Add 175)






*Oratio ut ad Laudes matutinas.*

### Ad Invitatorium

HYMNUS

*In Solemnitatibus:* cf. AG 89*




*In festis:* cf. AG 91*



*In memoriis:* cf. AG 92*




2. Quos tua lympha facis esse natos
ex Deo vero, nova vis in illis
grátiam crebro dare caritátis
  gérmina, Christe.

3. Tu vocas: currunt álacres vocáti,
ábdicant cunctis, duce te voléntes,
calle regáli crucis, usque solum
  quærere Patrem.

4. Cælitus fervens ita sanctus iste
víribus totis tibi amánter hæsit,
atque virtútum cúpiit tenére
  cúlmina læta.

5. Laus Patri summo, tibi, Christe princeps,
Flámini Sancto párilis resúltet,
parva qui danti, bona corde magno
  céntupla fertis. Amen.

Ad Benedictus, ant. (p. 1418) AG 1030 (POP Add 175)









*Vel: (p. 1391)* AG 51* (POP Add 175)





nem ple-bis su- æ.

*Oratio*

Deus, cuius múnere beátus (beáta) *N.* Christum páuperem et húmilem perseverávit imitári: concéde nobis, ipso (ipsa) intercedénte, ut, in vocatióne nostra fidéliter ambulántes; ad eam perfectiónem, quam nobis in Fílio tuo proposuísti, perveníre valeámus: Per Dóminum.

*Vel aliæ orationes in Liturgia Horarum.*

## Ad II Vesperas

HYMNUS

*In solemnitatibus:* cf. AG 46*

VII



1. Læ- ti co-léntes fámu- lum qui te per-fé-cte có-lu- it,



ti- bi gra-tánter, Dó- mi-ne, amó- ris hymnum prómi- mus.

*In festis:* AG 82*

VII



1. Læ-ti co-léntes fá-mu-lum qui te per-fé-cte có- lu- it,



ti-bi gra-tánter, Dó-mine, amó- ris hymnum pró-mi-mus.



*In memoriis:* cf. AG 49*

III



1. Læ-ti co- léntes fámu-lum qui te perfécte có- lu- it,



ti- bi gra-tánter, Dómi-ne, amó-ris hymnum pró-mi- mus.

2. Christi fidélis ássecla
ultro relíquit gáudia
cuncta quæ mundus éxhibet
fugáces atque cópias.

3. Tibi se vovit súbditum
humilitat*e* obœdiens,
Christi, carnis mundítie,
spons*i* æmulátor vírginum

4. Tibi placére géstiit
tibíqu*e* adhæsit únice,
mentem, verba vel ópera
amóris fovens ígnibus.

5. His caritátis vínculis
in terris tibi déditus,
liber ad astra iúgiter
triumphatúrus pródiit.

6. Eius exémplis éxcitos
da gradi nos alácriter,
ut te cum Nat*o* et Spíritu
laudémus hymnis cælicis. Amen.

*In memoriis ad libitum:* cf. AG 49*

VIII



1. Læ- ti co-léntes fámu-lum qui te perfé-cte có- lu- it,



ti- bi gra-tánter, Dómi-ne, amó-ris hymnum pró-mi-mus.

Ad Magnificat, ant. (p. 1446) AG 1030 (POP Add 175)

V



San- ctos su- os magni-fi-cá- vit Dómi- nus in salu-



tá- ri su- o: ec- ce e- nim ex hoc be- á- tos illos di-



cent omnes ge- ne- ra- ti- ó-nes. *C.* Magní-fi-cat * á-nima me- a



Dómi-num.

*Vel: (p. 1440)* AG 51* (POP Add 175)

III b



Qui séqui-tur me, non ámbu-lat in té- nebris: sed ha-



bébit lumen vi-tæ, di-cit Dóminus. *C.* Magní-fi-cat * á- nima



me- a Dómi-num.



*Vel: (p. 1452)* AG 670 (POP Add 175)

VII b



Ipsi sum desponsá-ta, cu- i Ange- li sérvi- unt: cu-



ius pulchri- tú-di-nem sol et lu-na mi- rántur. *C.* Magní-fi-cat *



á-nima me- a Dómi-num.

*Oratio ut ad Laudes matutinas.*

## PRO IIS QUI OPERA MISERICORDIÆ EXERCUERUNT

### Ad I Vesperas

Ad Magnificat, ant. (p. 1430) AG 587 (POP Add 176)

I a




### Ad Laudes matutinas

Ad Benedictus, ant. (p. 1418) OHS 94 (POP Add 176)

VII a









*Oratio*

Deus, qui Ecclésiam tuam in dilectióne tuæ divinitátis et próximi cuncta serváre cæléstia mandáta docuísti: da nobis, ut, beáti (beátæ) *N.* exémplo caritátis tuæ ópera exercéntes; inter benedíctos regni tui connumerári mereámur: Per Dóminum.

Ad Magnificat, ant. (p. 1432, 1434) AG 420 (POP Add 176)

I b



## PRO EDUCATORIBUS

### Ad I Vesperas

Ad Magnificat, ant. (p. 1454) AG 438 (POP Add 174)




### Ad Laudes matutinas

Ad Benedictus, ant. (p. 1427) AG 579 (POP Add 174)




*Oratio*

Deus, qui in Ecclésia tua beátum (beátam) *N.* suscitásti, ut



próximis viam salútis monstráret; da nobis, eius exémplo, Christum magístrum ita sequi, ut ad te cum frátribus nostris perveníre valeámus: Per Dóminum.

### Ad II Vesperas

Ad Magnificat, ant. (p. 1432, 1434) AG 563 (POP Add 174)



# OFFICIUM DEFUNCTORUM

## Ad Invitatorium

Ant. (Ps. t. 6a, p. 1379) LHR 328

VI a



Re-gem cu- i ómni- a vi-vunt, ve-ní- te a- do-rémus.



*Ps.* Ve-ni- te.

HYMNUS LHR 330

II



1. Spes, Chri-ste, nostræ vé-ni- æ, tu vi-ta, re- surré- cti- o;



ad te sunt cord*a* et ó- cu- li, cum mortis do-lor íngru- it.



2. Tu quoque mor-tis tǽ-di- a pas-sus, di-rósque stí-mu- los,



Patr*i*, incli- ná- to cá- pi- te, mi- tis de- dí-sti spí- ri- tum.



3. Ve-re nostros ex- cí- pi- ens, languo-res, pa-stor, mi- se- rens,





te- cum do-ná- sti cómpa- ti Pa-trísqu*e* in si-nu cómmo- ri.



4. A-pértis pendens brácchi- is, in cor transfí- xum pér- tra- his



quos mo- ri- tú- ros ággra- vat morbus vel mæ-ror ánxi- us.



5. Qui po- ris frac- tis ín-fe- ri vi-ctor pandí- sti cǽ- li- cas,



nos nunc do- lén-tes é- ri- ge, post ó- bi-tum vi- ví- fi- ca.



6. Sed et qui fra-tres córpo-re nunc somno pa- cis dór-mi- unt,



iam te be- án-te ví- gi- lent ti-bíque laudes ré-fe- rant. A-men.

## Ad Officium lectionum

PSALMODIA

Ant. 1 AG 182 (cf. OCO 459)




Psalmus 39: 2-14, 17-18

[Exspéctans exspectávi Dóminum, *
  et inténdit mihi.]
Et exaudívit cla**mó**rem **me**um, *
  et edúxit me de lacu misériæ et de **lu**to **fæ**cis;
et státuit super petram **pe**des **me**os, *
  et firmávit **gres**sus **me**os.
Et immísit in os meum **cán**ticum **no**vum, *
  carmen **De**o **nos**tro.
Vidébunt multi **et** ti**mé**bunt, *
  et spe**rá**bunt in **Dó**mino.
Beátus vir qui pósuit Dómi**num** spem **su**am, *
  et non respéxit supérbos et declinántes **in** men**dá**cium.
Multa fecísti tu, Dómine Deus meus, mirabília tu*a*, †
  et cogitatiónes **tu**as pro **no**bis; *
  non est qui sími**lis** sit **ti**bi.
Si nuntiáre et élo**qui** vol**ú**ero, *
  multiplicabúntur **su**per **nú**merum.
Sacrifícium et oblatiónem **noluí**sti, *
  aures autem fo**dí**sti **mi**hi.
Holocáustum et pro peccáto non **postulá**sti, *
  tunc dixi: « **Ec**ce **vé**nio.



In volúmine libri **scrip**tum est **de** me, *
  fácere volun**tá**tem **tu**am.
Deus **me**us, **vó**lui, *
  et lex tua in præ**cór**diis **me**is ».

Ant. 2 Poissy MS fo. 15v, cf. AJ 1:130* (cf. OCO 459)




II

[Annuntiávi iustítiam tuam in ecclésia magna; *
  ecce 1ábia mea non prohibébo, Dómine, tu scisti.]
Iustítiam tuam non abscóndi in corde **me**o, *
  veritátem tuam et salutáre tu*um* **di**xi.
Non abscóndi misericórdiam **tu**am *
  et veritátem tuam ab ecclési*a* **ma**gna.
Tu autem, Dómine, ne prohíbeas miseratiónes tu*as* **a** me; *
  misericórdia tua et véritas tua semper suscí*pi***ant** me.
Quóniam circumdedérunt me mala quorum non est nú*me*rus, †
  comprehendérunt me iniquitátes **me**æ, *
  et non pótui *vi***dé**re.
Multiplicátæ sunt super capíllos cápitis **me**i, *
  et cor meum de*re***lí**quit me.
Compláceat tibi, Dómine, ut éru**as** me; *
  Dómine, ad adiuvándum me *fes***tí**na.

Exsúltent et læténtur in te omnes quæ**rén**tes te**,** *
    et dicant semper: «Magnificétur Dóminus»
        qui díligunt salutá*re* **tu**um.
Ego autem egénus et **pau**per sum; *
    Dóminus sollícitus *est* **me**i.
Adiútor meus et liberátor meus **tu** es; *
    Deus meus, ne *tar***dá**veris.

Ant. 3 Processarium 259 (cf. OCO 459)

**VIII a**



Si- ti-vit a-nima me- a ad De- um vi-vum: quondo ve-



ni- am et appa-re- bo ante fa-ci- em Domi-ni? *Ps.* Quemád-



modum desíderat cervus ad fontes a**quá-** rum, * ita desíderat á-



nima me- a *ad* te, **De-** us. [flex]

Psalmus 41

[Quemádmodum desíderat cervus ad fontes a**quá**rum, *
    ita desíderat ánima mea *ad* te, **De**us.]
Sitívit ánima mea ad Deum, Deum **v**ivum; *
    quando véniam et apparébo ante fá*ci*em **De**i?
Fuérunt mihi lácrimæ meæ panis die ac **noc**te, *
    dum dícitur mihi cotídie. «Ubi est *De*us **tu**us?»
Hæc recordátus sum et effúdi in me ánimam **me**am; *
    quóniam transíbam in locum tabernáculi admirábilis
        usque ad *do*mum **De**i,
in voce exsultatiónis et confessi**ó**nis, *
    multitúdinis festa *ce*le**brá**ntis.



Quare tristis es, ánima **me**a, *
    et quare contur*bá*ris **in** me?
Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor **il**li, *
    salutáre vultus mei et *De*us **me**us.
In meípso ánima mea contristáta *est*; †
    propterea memor ero **tu**i *
    de terra Iordánis et Hermóniim, de *mon*te **Mó**dico.
Abýssus abýssum ínvocat in voce cataractárum tu**á**rum; *
    omnes gúrgites tui et fluctus tui super me *tran*si**é**runt.
In die mandávit Dóminus misericórdiam su*am*, †
    et nocte cánticum eius apud **me** est: *
    orátio ad Deum *vi*tæ **me**æ.
Dicam Deo: Suscéptor meus *es*; †
    quare oblítus es **me**i? *
    et quare contristátus incédo, dum afflígit me *i*ni**mí**cus?
Dum confringúntur ossa me*a*, †
    exprobravérunt mihi qui tríbu**lant** me, *
    dum dicunt mihi cotídie: «Ubi est *De*us **tu**us?»
Quare tristis es, ánima **me**a, *
    et quare contur*bá*ris **in** me?
Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor **il**li, *
    salutáre vultus mei et *De*us **me**us.

Versus cf. AG 1015



℣. Misericórdia tuæ multæ, Dómi-ne.



℟. Secúndum verbum tuum vivífica me.

## RESPONSORIA PROLIXA

*Post Lectionem Primam:* PC 245 (OCO 469)






*Post Lectionem Secundam:* PC 263; cf. AJ 1: 134* (cf. OCO 469)



## Ad Laudes matutinas

PSALMODIA

Ant. 1 cf. AG 1016 (cf. OCO 459)




Ex-ultá-bunt Dómi-no ossa humi- li- a- ta. *Ps.* Mi-



se-ré-re **me-** i, **De-** us, * secúndum misericór*di-* am **tu-** am.

Psalmus 50

[Miserére **me**i, **De**us, *
secúndum misericór*di*am **tu**am;]
et secúndum multitúdinem miserati**ó**num tu**á**rum *
dele iniqui*tá*tem **me**am.
Amplius lava me ab iniqui**tá**te **me**a, *
et a peccáto *me*o **mun**da me.
Quóniam iniquitátem meam **e**go cog**nó**sco, *
et peccátum meum contra *me* est **sem**per.
Tibi, tibi **so**li pec**cá**vi, *
et malum co*ram* te **fe**ci,
ut iustus inveniáris in sen**tén**tia **tu**a *
et æquus in iudí*ci*o **tu**o.
Ecce enim in iniquitáte **ge**ne**rá**tus sum, *
et in peccáto concépit me *ma*ter **me**a.
Ecce enim veritátem in **cor**de di**lé**xisti, *
et in occúlto sapiéntiam manifes*tás*ti **mi**hi.
Aspérges me hyssópo, **et** mun**dá**bor; *
lavábis me, et super nivem *de*al**bá**bor.
Audíre me fácies gáudium **et** læ**tí**tiam, *
et exsultábunt ossa quæ hu*mi*li**ás**ti.
Avérte fáciem tuam a pec**cá**tis **me**is, *
et omnes iniquitátes *me*as **de**le.
Cor mundum crea **in** me, **De**us, *



et spíritum firmum ínnova in viscé*ri*bus **me**is.
Ne proícias me a **fá**cie **tu**a, *
et spí-ritum sanctum tuum ne áu*fe*ras **a** me.
Redde mihi lætítiam salu**tá**ris **tu**i, *
et spíritu promptíssi*mo* con**fír**ma me.
Docébo iníquos **vi**as **tu**as, *
et ímpii ad te *con*ver**tén**tur.
Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus sa**lú**tis **me**æ, *
et exsultábit lingua mea iustí*ti*am **tu**am.
Dómine, lábia **me**a a**pé**ries, *
et os meum annuntiábit *lau*dem **tu**am.
Non enim sacrifício **de**lec**tá**ris, *
holocáustum, si ófferam, *non* pla**cé**bit.
Sacrifícium Deo spíritus con**tri**bu**lá**tus, *
cor contrítum et humiliátum, Deus, *non* de**spí**cies.
Benígne fac, Dómine, in bona voluntáte **tu**a **Si**on, *
ut ædificéntur mu*ri* Ie**rú**salem.
Tunc acceptábis sacrifícium iustítiæ, oblatiónes et **ho**lo**cáu**sta; *
tunc impónent super altáre *tu*um **ví**tulos.

Ant. 2 cf. AG 1016 (cf. OCO 459)




A porta ínfe-ri, é-ru- e, Dómi-ne, á-nimam me- am.



*Ps.* Ego dixi: In dimídio diérum me- **ó-** rum * vadam ad por*tas*



**ín**fe-ri. [flex]

Canticum Is 38: 10-14, 17-20

[Ego dixi: «In dimídio diérum me**ó**rum *
vadam ad por*tas* **ín**feri»;]
quæsivi resíduum annórum me**ó**rum. *
Dixi: « Non vidébo Dóminum Deum in terra *vi***vén**tium,

non aspíciam hóminem **ul**tra *
et habitatórem *qui***é**tis ».
Generátio mea abláta est et convolúta est a **me** *
quasi taberná-culum *pas***tó**rum;
præcísa est velut a texénte vita me*a*: †
dum adhuc ordírer, succídit **me**. *
De mane usque ad vésperam fí*ni***es** me.
Sperábam usque ad ma*ne*, †
quasi leo sic contrívit ómnia ossa **me**a; *
de mane usque ad vésperam fí*ni***es** me.
Sicut pullus hirúndinis sic cla**má**bo, *
meditábor ut *co***lúm**ba;
attenuáti sunt óculi **me**i, *
suspiciéntes in *ex***cél**sum.
Tu autem eruísti ánimam meam ut non pe**rí**ret; *
proiecísti post tergum tuum ómnia peccá*ta* **me**a.
Quia non inférnus confitébitur ti*bi*, †
neque mors laudábit **te**, *
non exspectábunt, qui descéndunt in lacum,
veritá*tem* **tu**am.
Vivens, vivens ipse confitébitur tibi, sicut et ego **hó**die; *
pater fíliis notam fáciet veritá*tem* **tu**am.
Dómine, salvum me *fac*, †
et psalmos nostros cantábimus cunctis diébus vitæ **nos**træ *
in do*mo* **Dó**mini.

Ant. 3 AG 196 (cf. OCO 459)






Psalmus 145

[Lauda, ánima mea, Dóminum; †
laudábo Dóminum in vita mea, *
psallam Deo meo, quámdiu fúero.]
Nolíte confídere *in* prin**cí**pibus, *
in fíliis hóminum, in qui*bus* non est **sa**lus.
Exíbit spíritus eius, et revertétur in *te*rram **su**am;*
in illa die períbunt cogitati*ó*nes e**ó**rum.
Beátus, cuius Deus Iacob *est* ad**iú**tor, *
cuius spes in Dómi*no* Deo **su**o.
Qui fecit cæ*lum* et **ter**ram, *
mare et ómni*a* quæ in **e**is sunt.
Qui custódit veritátem in s*ǽcu*lum, †
facit iudíci*um* opp**rés**sis, *
dat escam *e*suri**én**tibus.
Dóminus solvit *com*pe**dí**tos, *
Dóminus il*lúm*inat **cæ**cos,
Dóminus éri*git* de**prés**sos, *
Dóminus *dí*ligit **ius**tos,
Dóminus custódit ád*ve*nas, †
pupíllum et vídu*am* sus**tén**tat, *
et viam pecca*tó*rum dis**pér**dit.
Regnábit Dómi*nus* in **sǽ**cula, *
Deus tuus, Sion, in generatiónem et ge*ne*rati**ó**nem.

---

*Vel:* Ant. 3 AG 1017 (cf. OCO 459)



Psalmus 150

[Laudáte Dóminum in sanctu**á**rio **e**ius, *
 laudáte eum in firmaménto vir**tú**tis **e**ius.]
Laudáte eum in mag**ná**libus **e**ius, *
 laudáte eum secúndum multitúdinem magni**tú**dinis **e**ius.
Laudáte eum in **so**no **tu**bæ, *
 laudáte eum in psaltéri**o** et **cí**thara,
laudáte eum in týmpa**no** et **cho**ro, *
 laudáte eum in **chor**dis et **ór**gano,
laudáte eum in cýmbalis benesonán*ti*bus, †
 laudáte eum in cýmbalis iubi**la**ti**ó**nis: *
 omne quod spirat, **lau**det **Dó**minum.

---

LECTIO BREVIS

Si crédimus quod Iesus mórtuus est et resurréxit, † ita et Deus eos qui dormiérunt: per Iesum addúcet cum eo.

RESPONSORIUM BREVIS cf. AG 52

VI 

Ex-al-tá-bo te, Dómi-ne, * Quóni- am susce- pí-sti me.



℣. Conver-tí-sti planctum me- um in gáudi- um mi-hi. * Quoni-



am. Gló-ri- a. Ex-al-tá-bo.

Ad Benedictus, Ant. (p. 1397) AG 1017 (cf. OCO 459)

II 

Ego sum re-surrécti- o et vi- ta; qui cre-dit in me,





é- ti- am si mór-tu- us fú- e- rit, vi-vet; et om-nis qui



vi- vit et cre- dit in me, non mo- ri- é- tur in æ- térnum.



*C.* Be-ne-díctus Dómi-nus De- us Isra- ël, * quia visitávit et fecit



redemptiónem ple-bis su- æ.

PRECES

Deum Patrem omnipoténtem, qui sucitávit Iesum Christum a mórtuis, † et vivificábit mortália córpora nostra, deprecémur, clamántes: *Adésto pópulo tuo, Dómine.*
Pater sancte, nos consepúltos per baptísmum in mortem cum Fílio tuo et conresuscitátos in resurrectiónem eius sic tríbue in novitáte vitæ ambuláre,
— ut étiam, cum mórtui fuérimus, cum Christo semper vivámus.
Próvidens Pater, qui dedísti nobis panem vivum, qui de cælo descéndit, sancte semper manducándum,
— fac ut vitam ætérnam habeámus et resuscitémur in novíssimo die.
Dómine, qui Fílium tuum in agonía factum ab ángelo confortári dedísti,
— in éxitu nostro spe nos suávi consolári dignéris.
Qui tres púeros de médio ignis eruísti,
— líbera ánimas defunctórum a poenis, quas pro peccátis patiúntur.
Deus vivórum et mortuórum, qui Iesum a mórtuis suscitásti,
— súscita defúnctos, et nos cum ipsis in glória ætérna constítue.
Pater noster *in tono simplici.*

*Oratio.*

Preces nostras, quǽsumus, Dómine, benígnus exáudi: ut, dum attólitur nostra fides in Fílio tuo a mórtuis suscitáto; in famulórum tuórum præstolánda resurrectióne spes quoque nostra firmétur: Per Dóminum.

*Vel aliæ orationes in Liturgia Horarum.*

DIMISSIO cf. AG 1015



I-te in pa-ce. ℟. De- o grá- ti- as.

## Ad Horam mediam

HYMNUS cf. AG 148

VIII



1. Qui la-crimá-tus Lá-za- rum geménsque cum so-ró-ri-bus



i-psum fe-cí-sti præ-po-tens il- lá- rum red-di stú-di- is:

2 Qui petivísti sóntibus
benígnus indulgéntiam,
ac verba miserántia
dixísti pœnæ sócio:

3 Qui, móriens, discípulo
matrem donásti Vírginem,
tuórum quæ fidélium
agóni adésset último:

4 Da nobis, Christe Dómine,
tuo redémptis sánguine,
duræ mortis tristítiam
in vitæ verti gáudium.

5 Tuósque voca fámulos,
ex hoc proféctos sæculo,
ut ubi mors iam déerit
te vitæ canant príncipem. Amen.

*Quando tres Horæ minores dicuntur, potest adhiberi ad Tertiam: prima, quarta et quinta stropha; ad Sextam: secunda, quarta et quinta; ad Nonam: tertia, quarta et quinta.*

PSALMODIA



### Ad Tertiam

Ant. MS Poissy Ant. fo. 142r; cf. AJ 1: 124* (cf. OCO 459)

VIII a



Convér- te-re, Dómi- ne, et é-ri-pe á-nimam me- am.



E u o u a e.

### Ad Sextam

Ant. MS Poissy Ant. fo. 60r; AJ 1:62 (cf. OCO 459)

II



Sa-na, Dómi-ne, á-nimam me- am, qui- a peccá- vi



ti-bi. E u o u a e.

### Ad Nonam

Ant. MS Poissy Ant. fo. 50v; AJ: 1:60

VIII b



In tu- a iusti- ti- a, li-be- ra me. E u o u a e.

Psalmus 69

Deus, in adiutórium meum inténde; *
Dómine, ad adiuvándum me festína.
Confundántur et revereántur *

qui quærunt ánimam meam.
Avertántur retrórsum et erubéscant *
qui volunt mihi mala.
Convertántur propter confusiónem suam *
qui dicunt mihi: «Euge, euge».
Exsúltent et lætentur in te omnes qui quærunt te, *
et dicant semper: «Magnificétur Deus»,
qui díligunt salutáre tuum.
Ego vero egénus et pauper sum; *
Deus, ad me festína.
Adiútor meus et liberátor meus es tu; *
Dómine, ne moréris.

Psalmus 84

Complacuísti tibi, Dómine, in terra tua, *
convertísti captivitátem Iacob.
Remisísti iniquitátem plebis tuæ, *
operu ísti ómnia peccáta eórum.
Contraxísti omnem iram tuam, *
revertísti a furóre indignatiónis tuæ,
Convérte nos, Deus, salutáris noster, *
et avérte iram tuam a nobis.
Numquid in ætérnum irascéris nobis, *
aut exténdes iram tuam a geneatióne in generatiónem?
Nonne tu convérsus vivificábis nos, *
et plebs tua lætábitur in te?
Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam, *
et salutáre tuum da nobis.
Audiam quid loquátur Dóminus Deus, †
quóniam loquétur pacem ad plebem suam et sanctos suos, *
et ad eos qui convertúntur corde.
Verúmtamen prope timéntes eum salutáre ipsíus, *
ut inhábitet glória in terra nostra.
Misericórdia et véritas obviavérunt sibi, *
iustítia et pax osculátæ sunt.
Véritas de terra orta est, *
et iustítia de cælo prospéxit.
Etenim Dóminus dabit benignitátem, *
et terra nostra dabit fructum suum.
Iustítia ante eum ambulábit, *
et ponet in via gressus suos.



Psalmus 85

Inclína, Dómine, aurem tuam et exáudi me, *
quóniam inops et pauper sum ego.
Custódi ánimam meam, quóniam sanctus sum; *
salvum fac servum tuum, Deus meus, sperántem in te.
Miserére mei, Dómine, *
quóniam ad te clamávi tota die.
Lætífica ánimam servi tui, *
quóniam ad te, Dómine, ánimam meam levávi.
Quóniam tu, Dómine, suávis et mitis, *
et multæ misericórdiæ ómnibus invocántibus te.
Auribus pércipe, Dómine, oratiónem meam, *
et inténde voci deprecatiónis meæ.
In die tribulatiónis meæ clamávi ad te, *
quia exáudies me.
Non est símilis tui in diis, Dómine, *
et nihil sicut ópera tua.
Omnes gentes quascúmque fecísti vénient, †
et adorábunt coram te, Dómine;*
et glorificábunt nomen tuum,
quóniam magnus es tu, et fáciens mirabília: *
tu es Deus solus.
Doce me, Dómine, viam tuam, *
et ingrédiar in veritáte tua;
simplex fac cor meum, *
ut tímeat nomen tuum.
Confitébor tibi, Dómine Deus meus, in toto corde meo, *
et glorificábo nomen tuum in ætérnum,
quia misericórdia tua magna est super me, *
et eruísti ánimam meam ex inférno inferióri.
Deus, supérbi insurrexérunt super me, †
et synagóga poténtium quæsiérunt ánimam meam, *
et non proposuérunt te in conspéctu suo.
Et tu, Dómine, Deus miserátor et miséricors,*
pátiens et multæ misericórdiæ et veritátis.
Réspice in me et miserére mei; †
da fortitúdinem tuam púero tuo, *
et salvum fac fílium ancíllæ tuæ.
Fac mecum signum in bonum, †
ut vídeant qui odérunt me et confundántur, *
quóniam tu, Dómine, adiuvísti me et consolátus es me.

## Ad Tertiam

LECTIO BREVIS

Scio quod redémptor meus vivit et in novíssimo super púlvere stabit; † et post pellem meam hanc, quam abstraxérunt: et de carne mea vidébo Deum.

℣. Quare tristis es ánima mea et quare conturbáris in me?
℟. Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi.

## Ad Sextam

LECTIO BREVIS

Deus mortem non fecit, nec lætátur in perditióne vivórum; † creávit enim, ut essent ómnia: Iustítia enim est immortális.

℣. In médio umbræ mortis non timébo mala.
℟. Quóniam tu, Dómine, mecum es.

## Ad Nonam

LECTIO BREVIS

Præcipitábit mortem in sempitérnum, † et abstérget Dóminus Deus lácrimam ab omni facie et oppróbrium pópuli sui áuferet de univérsa terra: quia Dóminus locútus est.

℣. Exáudi, Deus, oratiónem meam.
℟. Ad te omnis caro véniet.



## Ad Vesperas

HYMNUS LHR 334















Psalmodia

Ant. 1 AG 1013 (cf. OCO 459)

**VIII a**










Psalmus 120

[Levábo óculos meos in **mon**tes: *
 unde véniet auxí*li*um **mi**hi?]



Auxílium meum a **Dó**mino, *
 qui fecit cæ*lum* et **ter**ram.
Non dabit in commotiónem pedem **tu**um, *
 neque dormitábit *qui* cus**tó**dit te.
Ecce non dormitábit neque **dór**miet *
 qui cus*tó*dit **Is**raël.
Dóminus custódit *te*, †
 Dóminus umbráculum **tu**um, *
 ad manum déx*te*ram **tu**am.
Per diem sol non percúti**et** te, *
 neque lu*na* per **noc**tem.
Dóminus custódiet te ab omni **ma**lo; *
 custódiet ánimam *tu*am **Dó**minus.
Dóminus custódiet intróitum tuum et éxitum **tu**um, *
 ex hoc nunc et us*que* in **sǽ**culum.

Ant. 2 AG 1014 (cf. OCO 459)

**VIII a**










Psalmus 129

[De profúndis clamávi ad te, **Dó**mine; *
 Dómine exáudi *vo*cem **me**am.]
Fiant aures tuæ inten**dén**tes *
 in vocem deprecati*ó*nis **me**æ.
Si iniquitátes observáveris, **Dó**mine, *
 Dómine, quis *sus*ti**né**bit?
Quia apud te propitiátio **est**, *
 et ti*mé*bi**mus** te.

Sustínui te, Dó*mi*ne; †
sustínuit ánima mea in verbo **e**ius, *
sperávit ánima me*a* in **Dó**mino.
Magis quam custódes au**ró**ram, *
speret Isra*ël* in **Dó**mino.
Quia apud Dóminum miseri**cór**dia, *
et copiósa apud e*um* re**dém**ptio.
Et ipse rédimet **Is**raël *
ex ómnibus iniquitá*ti*bus **e**ius.

Ant. 3 AG 1015 (OCO 459 = CAO 4944)




Canticum Phil 2: 6-11

[Christus Iesus, cum in forma Dei esset, *
non rapínam arbitrátus est esse se æquálem Deo,]
sed semetípsum exinanívit, formam servi accí*pi*ens, †
in similitúdinem hóminum **fa**ctus *
et hábitu invéntus *ut* **ho**mo.
Humiliávit semetíp*sum* †
factus obœdiens usque ad **mor**tem, *
mortem au*tem* **cru**cis.
Propter quod et Deus exaltávit il*lum* †



et donávit illi **no**men, *
quod est super om*ne* **no**men,
ut in nómine Iesu omne genu flec**tá**tur *
cæléstium, terréstrium et in*fer***nó**rum,
et omnis lingua confite**á**tur *
quia Dóminus Iesus Christus in glória est De*i* **Pa**tris.

Lectio Brevis

Ubi est, mors, victória tua? ubi est, mors, stímulus tuus? † Stímulus autem mortis peccátum est, virtus vero peccáti lex: Deo autem grátias, qui dedit nobis victóriam per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Responsorium Breve




Ad Magnificat (p. 1452), ant. AM 1154 (OCO 459)





*C.* Magní-fi-cat * á-nima me- a Dóminum.

PRECES

Christo Dómino, per quem fore sperámus, † ut corpus humilitátis nostræ córpori claritátis suæ configurétur acclamémus, dicéntes: *Tu es vita et resurréctio nostra, Dómine.*

Christe, Fíli Dei vivi, qui Lázarum amícum tuum a mórtuis suscitásti,
— ad vitam et glóriam defúnctos súscita, quos pretióso tuo sánguine redemísti.

Christe, mæréntium consolátor, qui in morte Lázari et adulescéntis ac puéllæ pius absersísti lácrimas propinquórum,
— qui defúnctos suos collácrimant omnes consoláre.

Christe salvátor, déstrue in nostro mortáli córpore regnum peccáti, ut, sicut ex hoc sipéndium mortis merúimus,
— sic in te vitam consequámur ætérnam.

Christe redémptor, réspice eos qui, te non congnoscéntes, spem non habent,
— ut resurrectiónem et vitam ventúri sæculi credant.

Qui, cæco, oculórum lúmine impertíto, te conspiciéndi cópiam dedísti,
— revéla vultum tuum defúnctis, qui adhuc tua luce privántur.

Qui terréstrem domum nostram huius habitatiónis sinis tandem dissólvi,
— domum non manufáctam, æetérnam in cælis, nobis concéde.

Pater noster *in tono simplice.*

*Oratio et Dimissio ut ad Laudes matutinas.*

# APPENDICES




℣. 1
Ve- ní- te, exsultémus Dómi-no; iubi- lémus De- o sa-
lú-tá- ri no- stro. Præ- occupemus fá-ci- em e-ius in confes-
si- ó- ne, et in psalmis iubi-lémus e- i. ℟.
℣. 2
Quó- ni- am De- us magnus Dóminus, et rex magnus su-
per omnes de- os: quo-ni- am non re-pél-let Dómi-nus ple-
bem su- am: qui- a in ma-nu e- ius sunt omnes fi- nes, ter-
ræ et al- ti- tú-di-nes mónti- um ipse cón-spi- cit. ℟.
℣. 3
Quó- ni- am ipsí- us est ma-re, et ipse fe-cit il-lud, et


á- ri-dam funda-vé- runt manus e- ius: Ve-ní- te, ado-rémus
et pro-ci-dámus ante De- um; plo- ré-mus co- ram Dómi-no
qui fe- cit nos, qui- a ipse est Dómi-nus De- us no- ster;
nos autem pópu-lus e- ius, et o-ves pascu- æ e- ius. ℟.
℣. 4
Hó- di- e si vo-cem e- ius audi- é- ri- tis, no- lí- te ob-
du- rá- re corda ve- stra, si-cut in ex-a-cerba- ti- ó-ne se-cún-
dum di- em tenta- ti- ó-nis in de- sér-to: u-bi tentavé-runt me
patres ve- stri: pro-bé- runt et vi-dé-runt ó-pe-ra me- a. ℟.




℣. 5
Quadra- gín- ta annis pró-ximus fu- i gene- ra- ti- ó- ni
hu- ic, et di-xi: Semper hi er- rant cor- de; i-psi ve- ro
non cogno-vé- runt vi- as me- as; qui-bus iu- rá-vi in i- ra
me- a: Si intro- í- bunt in ré-qui- em me- am. ℟.
℣. 6
Gló- ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spí- ri- tu- i San-cto.
Si-cut e- rat in prin- cí- pi- o, et nunc et sem-per, et in
sǽ-cu- la sǽ-cu- ló- rum. A- men. ℟.

## PSALMI VENITE – II. TONUS

MG 6













## PSALMI VENITE – III. TONUS

AJ 1: 6




cit. ℟.
℣. 3 Quó- ni- am i-psí- us est ma- re, et ipse fe-cit il-lud,
et á- ri-dam funda-vé- runt ma-nus e- ius: Ve-ní- te, ad-o- ré-
mus et pro-ci-dámus ante De- um; plo- rémus co-ram Dómino
qui fe-cit nos, qui- a i-pse est Dómi-nus De- us noster; nos
au-tem pó-pu- lus e- ius et o-ves pas- cu- æ e-
ius. ℟.
℣. 4 Hó- di- e si vo-cem e- ius audi- é- ri- tis, no- lí- te




obdu- rá- re corda ve-stra, sic-ut in ex-a-cerba- ti- ó-ne se-
cúndum di- em tenta- ti- ó-nis in de-sér-to: u-bi tenta-vé-runt
me patres vestri: pro- ba-vé- runt et vi-dé- runt ó- pe- ra
me- a. ℟.
℣. 5 Quadra- gínta annis pró-ximus fu- i ge-ne- ra- ti- ó-ni
hu- ic, et di-xi: Semper hi er-rant corde; i-psi ve-ro non co-
gno-vé- runt vi- as me- as; qui-bus iu- rá-vi in i- ra me- a:
Si intro- í-bunt in ré- qui- em me- am. ℟.






PSALMI VENITE – IV A. TONUS MG 9




℣. 3
Quó-ni- am i-psí- us est ma-re, et i-pse fe- cit il- lud,
et á- ri- dam funda-vé-runt ma-nus e- ius; Ve-ní- te, ad-o-ré-
mus et pro-ci-dá-mus an-te De- um; plo- rémus co- ram Dó-
mi-no qui fe- cit nos, qui- a ipse est Dómi-nus De- us no-
ster; nos au-tem pó-pu- lus e- ius et o- ves páscu- æ
e- ius. ℟.
℣. 4
Hó-di- e si vo-cem e- ius audi- é- ri- tis, no- lí- te ob-
du-rá-re corda vestra, sic-ut in ex-a-cerba- ti- ó-ne se-cúndum




di- em tenta- ti- ó-nis in de-sér-to: u-bi tenta-vé- runt me
patres ve- stri: pro-bavérunt me, et vidé-runt ópe-ra me- a. ℟.
℣. 5
Quadra-gínta annis pró-ximus fu- i ge-ne- ra- ti- ó-ni hu-
ic, et di-xi: Semper hi er-rant cor-de; i-psi ve- ro non
cogno-vé- runt vi- as me- as; qui-bus iu- rá-vi in i- ra me-
a: Si intro- í- bunt in réqui- em me- am. ℟.
℣. 6
Gló- ri- a Pa-tri, et Fí- li- o, et Spí- ri- tu- i San-
cto. Sic-ut e- rat in princí- pi- o, et nunc et sem- per,






## PSALMI VENITE – IV B. TONUS

MG 21




et á- ri-dam funda-vé- runt ma-nus e- ius: Ve-ní- te, ad- o-ré-
mus et pro-ci-dámus ante De- um; plo- rémus co- ram Dómi-no
qui fe-cit nos, qui- a i-pse est Dómi-nus De- us noster; nos
autem pó-pu- lus e- ius et o-ves pas- cu- æ e- ius. ℟.
℣. 4
Hó- di- e si vo-cem e-ius audi- é- ri- tis, no-lí-te obdu-rá-
re corda vestra, sic-ut in ex-a-cerba- ti- ó-ne secúndum di- em
tenta- ti- ó-nis in de-sérto: u-bi tenta-vé-runt me patres vestri:
pro- ba-vé- runt me, et vidé- runt ó- pe- ra me- a. ℟.




℣. 5
Qua-dra-gínta annis pró-ximus fu- i ge-ne- ra- ti- ó-nis hu-
ic, et di-xi: Semper hi er-rant corde; i-psi ve- ro non co-
gno-vé- runt vi- as meas; qui-bus iu-rá-vi in i- ra me- a: Si
intro- í-bunt in ré- qui- em me- am. ℟.
℣. 6
Gló- ri- a Pa-tri, et Fí- li- o, et Spí- ri- tu- i Sancto.
Sic-ut e- rat in princí-pi- o, et nunc et semper, et in sæ-
cu-la sæ-cu- ló- rum. A- men. ℟.

## PSALMI VENITE – V. TONUS

MG 12









cúndum di- em tenta- ti- ó-nis in de-sér-to: ub-i tenta-vé- runt
me pa-tres ves- tri: pro-ba-vé- runt et vi-dé- runt ó-pe- ra me-
a. ℟.
℣. 5 Quadra-gín-ta annis pró-ximus fu- i ge-ne-ra- ti- ó-
ni hu- ic, et di- xi: Semper hi er-rant corde; i-psi ve- ro
non cogno-vé- runt vi- as me- as; qui- bus iu- rá-vi in i- ra
me- a: si intro- í-bunt in réqui- em me- am. ℟.
℣. 6 Gló- ri- a Pa-tri, et Fí- li- o, et Spí- ri- tu- i San-




cto. Sic- ut e- rat in princi-pi- o, et nunc et sem- per, et
in sǽ-cu- la sæ-cu- ló-rum. A- men. ℟.

PSALMI VENITE – VI A. TONUS AJ 1: 15













PSALMI VENITE – VI B. TONUS AJ 1: 17




ri-dam funda-vé- runt ma- nus e- ius: Ve-ní- te, ad-o-rémus et
pro-ci-dámus an-te De- um; plo-rémus co-ram Dómi-no qui fe-
cit nos, qui- a ipse est Dómi-nus De- us no-ster; nos au-tem
pó-pu- lus e- ius et o-ves pá-scu- æ e- ius. ℟.
℣. 4
Hó-di- e si vo-cem e- ius audi- é- ri- tis, no- lí- te obdu-
rá- re cor-da vestra, sic-ut in ex-a-cerba- ti- ó-ne secúndum
di- em tenta- ti- ó-nis in de-sér-to: u-bi tenta-vé-runt me pa-
tres ve-stri: pro-ba-vé-runt et vi-dé- runt ó- pe- ra me- a. ℟.




℣. 5
Quadra-gínta annis pró-ximus fu- i ge-ne-ra- ti- ó-ni hu-
ic, et di-xi: Semper hi er-rant corde; ipsi ve-ro non cogno-
vé- runt vi- as me- as; qui-bus iu- rá-vi in i- ra me- a: Si in-
tro- í-bunt in ré-qui- em me- am. ℟.
℣. 6
Gló-ri- a Pa-tri, et Fí- li- o, et Spí- ri- tu- i Sancto.
Sic-
ut e- rat in princí- pi- o, et nunc et semper, et in sǽ-cu-la
sæ-cu- ló- rum. A-men. ℟.

## PSALMI VENITE – VII. TONUS

MG 15













## CANTICUM BENEDICTUS CUM SOLLEMNI MEDIATIONE

CANTICI EVANGELICI BENEDICTUS I A. TONUS




cti; ius-iu- rándum, quod iurávit ad Abra- ham, patrem no-
strum, * da- tú-rum se no-bis, ut si- ne timóre, de manu i-
nimicórum nostró-rum li-be- rá- ti, * servi- ámus il-li, in
sanctitáte et iustí-ti- a co- ram i-pso, * ómni-bus di- é-bus no-
stris. Et tu, puer, prophéta Al-tíssi- mi vo-cá-be- ris: * præ-í-
bis enim ante fáciem Dómini paráre vi- as e- ius, ad dan-
dam sciéntiam salúta- tis ple-bi e- ius, * in remissiónem pecca-
tó- rum e- ó- rum, per viscera miserlcórdi- æ De- i nostri, *




in qui-bus visitávit nos Ori- ens ex al-to: il-lumináre his,
qui in ténebris et in umbra mor-tis se- dent, * ad dirigéndos pe-
des nostros in vi- am pa-cis. Gló- ri- a Pa- tri, et Fí- li- o, *
et Spi- rí- tu- i Sancto. Sic- ut erat in princípio, et nunc
et semper, * et in sǽcula sæ-cu- ló- rum. A-men.

## CANTICI EVANGELICI BENEDICTUS I B. TONUS










**se-** dent, * ad dirigéndos pedes nostros in *vi-* am **pa-**cis. Gló-



ri- a *Pa-* tri, et Fí- **li-** o, * et Spi- rí- *tu-* i **San**cto. Sic-ut e-



rat in princípio, *et* nunc et **sem**per, * et in sǽcula sæ-cu- *ló-*



rum. **A-**men.



CANTICI EVANGELICI BENEDICTUS I C. TONUS



Be-ne-díctus Dómi-*nus* De- us Is**ra-** el, * qui-a visitávit et



fecit redemptiónem *ple-* bis **su-** æ; et e- réxit cornu *sa-* lú- tis



**no-** bis * in domo David, pú- *e-* ri **su-** i: sic-ut locútus est *per*



os sanc**tó-** rum, * qui a sǽculo sunt, prophe- *tá-* rum **e-** ius: sa-



lú- tem ex i-*ni-* mí- cis **no-s**tris, * et de manu ómni-um, *qui* o-



**dé-** runt nos: ad fa- ciéndam misericórdi-am cum *pá-* tri- bus



**no**-stris, * et memorári testaménti *su-* i **san**cti; ius-iu- rándum,



quod iurávit ad Abra-*ham*, pa-trem **no-**strum, * da- tú-*rum* se **no-**


bis, ut si-ne timóre, de manu inimicórum nostró-rum li-be-
rá- ti, * servi- á-mus il-li, in sanctitáte et iustíti- a co- ram
i-pso, * ómni-bus di- é-bus nostris. Et tu, pu-er, prophéta Al-
tís-si- mi vo-cá-be- ris: * præíbis enim ante fáciem Dómini pa-
rá- re vi- as e-ius, ad dandam sciéntiam salúta- tis ple- bi e-
ius, * in remissiónem peccató-rum e- ó- rum, per viscera mise-
ri-córdi- æ De- i no-stri, * in qui-bus visitávit nos O- ri- ens
ex al-to: il-lumináre his, qui in ténebris et in umbra mor-tis




se- dent, * ad dirigéndos pedes nostros in vi- am pa-cis. Gló-
ri- a Pa- tri, et Fí- li- o, * et Spi- rí- tu- i Sancto. Sic-ut e-
rat in princípio, et nunc et semper, * et in sǽcula sæ-cu- ló-
rum. A-men.

## CANTICI EVANGELICI BENEDICTUS II. TONUS



Be-ne-díctus Dómi-*nus* De- us **Is**ra- el, * quia visitávit et



fecit redemptiónem ple-*bis* **su-** æ; et e- ré-xit cornu *sa-* lú-



tis **no**-bis * in domo David, púe- *ri* **su-** i: sic-ut lo-cú- tus



est *per* os sanc**tó**- rum, * qui a sǽculo sunt, prophetá- *rum* **e**-



ius: sa- lú- tem ex i- *ni*- mí- cis **nos**tris, * et de manu ómnium,



qui *o*- **dé**- runt nos: ad fa- ci- éndam misericórdiam cum *pá*-



tri-bus **no**stris, * et memorári testaménti su- *i* **san**cti; ius-iu-



rándum, quod iurávit ad Abra- *ham*, pa-trem **nos**trum, * da- tú-





rum *se* **no**-bis, ut si-ne timóre, de manu inimicórum nostró-



*rum* li-be- **rá**- ti, * servi- á*mus* **il**-li, in sancti- táte et iustíti-



*a* co- ram **i**-pso, * ómni-bus di- é-*bus* **nos**tris. Et tu, pu- er,



prophéta Al-tís-*si*- mi vo-**cá-**be- ris: * præíbis enim ante fáciem



Dómini paráre vi- *as* **e-** ius, ad dandam sciéntiam salúta- *tis*



ple-bi **e**-ius, * in remissiónem peccatórum *e-* **ó**- rum, per vi-



sce- ra misericórdi- *æ* De- i **no**stri, * in quibus visitávit nos



O- ri- ens *ex* **al**-to: il-lumi-náre his, qui in ténebris et in um-



*bra* mor-tis **se**-dent, * ad dirigéndos pedes nostros in vi- *am* **pa**-



cis. Gló- ri- a *Pa*- tri, et **Fí- li-** o, * et Spi- rí- tu- *i* **San**cto.



Sic-ut e-rat in princípio, *et* nunc et **sem**per, * et in sǽcula sæ-



cu- ló- *rum*. **A-**men.



## CANTICI EVANGELICI BENEDICTUS III A. TONUS



Be-ne-díctus Dómi-nus **De**- us Is**ra**- el, * quia visitávit et



fecit redemptiónem *ple*- bis **su**- æ; et e- ré-xit cornu sa- **lú**-tis



**no**- bis * in domo David, pú- *e*- ri **su**- i: sic-ut lo-cú-tus est



per **os** sanc**tó**- rum, * qui a sǽculo sunt, prophe- *tá*- rum **e**- ius:



sa- lú- tem ex i- ni-**mí**- cis **no**-stris, * et de manu ómnium, *qui*



o-**dé**- runt nos: ad fa-ciéndam misericórdiam cum **pá**- tri-bus



**no-**stris, * et memorári testaménti *su*- i **san**cti; iusiu-rándum,



quod iurávit ad Abraham, **pa**trem **no**-strum, * da- tú- *rum* se **no-**


bis, ut si-ne timóre, de manu inimicórum nostrórum li-be-
rá- ti, * servi- á- mus il- li, in sanctitáte et iustítia co -ram
i-pso, * ómni-bus di- é- bus nostris. Et tu, puer, prophéta Al-
tis-si-mi vo-cá-be- ris: * præíbis enim ante fáciem Dómini pará-
re vi- as e- ius, ad dandam sciéntiam salútatis ple-bi e- ius, *
in remissiónem peccató-rum e- ó- rum, per viscera miserlcórdi-
æ De- i no-stri, * in qui-bus visitávit nos O- ri- ens ex al-to:
il-lumináre his, qui in ténebris et in umbra mortis se- dent, * ad




dirigéndos pedes nostros in vi- am pa-cis. Gló -ri- a Pa- tri,
et Fí- li- o, * et Spi- rí- tu- i Sancto. Sic-ut erat in princípio,
et nunc et semper, * et in sǽcula sæ-cu- ló- rum. A-men.

CANTICI EVANGELICI BENEDICTUS III B. TONUS













## CANTICI EVANGELICI BENEDICTUS IV A. TONUS




rum se **no-** bis, ut si-ne timóre, de manu inimicórum nostró-
*rum* li-be- **rá-** ti, * ser*vi-* á-mus **il-** li, in sanctitáte et iustíti-
*a* co- ram **i-**pso, * ómni-bus *di-* é- bus **no-**stris. Et tu, pu-
er, prophéta Al-tís-*si-* mi vo-**cá-**be- ris: * præíbis enim ante fá-
ciem Dómini pará- *re* vi- as **e-** ius, ad dandam sciéntiam sa-
lú- ta- *tis* ple- bi **e-** ius, * in remissiónem pecca-*tó-* rum e- **ó-**
rum, per viscera miserlcórdi- *æ* De- i **no**stri, * in qui-bus visi-
távit nos O- *ri-* ens ex **al-** to: il-lumináre his, qui in ténebris




et in um*bra* mor-tis **se-**dent, * ad dirigéndos pedes nostros *in*
vi- am **pa-** **c**is. Gló- ri- a *Pa-* tri, et **Fí-** li- o, * et Spi- *rí-* tu-
i **San**cto. Sic-ut erat in princípio, *et* nunc et **sem**per, * et in
sǽcula sæ-*cu-* ló- rum. **A-**men.

## CANTICI EVANGELICI BENEDICTUS IV B. TONUS










dent, * ad dirigéndos pedes nostros *in* vi- am **pa-c**is. Gló- ri- a



*Pa-* tri, et **Fí-** li- o, * et Spi- *rí-* tu- i **San**cto. Sic-ut erat in prin-



cípio, *et* nunc et **sem**per, * et in sæcula sæ-*cu-* ló- rum. **A-**men.



## CANTICI EVANGELICI BENEDICTUS V. TONUS



Be-ne-díctus Dóminus Deus **Is-**ra- el, * quia visitávit et fe-



cit redemptiónem **ple**-bis **su-** æ; et e-réxit cornu salútis **no-**



bis * in domo David, **pú-** e- ri **su-** i: sic-ut locútus est per os



sanc**tó-** rum, * qui a sæculo sunt, prophe- **tá-** rum **e-** ius: sa- lú-



tem ex inimícis **nos**tris, * et de manu ómni- **um**, qui o-**dé**-runt



nos: ad fa-ciéndam misericórdiam cum pátribus **nos-**tris, * et



memorári testaménti **su-** i **san**cti; ius-iu- rándum, quod iurávit



ad Abraham, patrem **nos**trum, * da- **tú-** rum se **no**-bis, ut si-


ne timóre, de manu inimicórum nostrórum libe- rá- ti, * servi- á-
mus il-li, in sanctitáte et iustítia coram i-pso, * ómnibus di- é-
bus nostris. Et tu, puer, prophéta Altíssimi vo- cá- be- ris: *
præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vi- as e-ius, ad dan-
dam sciéntiam salútatis plebi e- ius, * in remissiónem pecca- tó-
rum e- ó- rum, per viscera miserlcórdiæ Dei nostri, * in quibus
visitávit nos O- ri- ens ex al-to: il-lumináre his, qui in téne-
bris et in umbra mortis se-dent, * ad dirigéndos pedes nostros in




vi- am pa-cis. Gló- ri- a Pa-tri, et Fí- li- o, * et Spi- rí- tu- i
Sancto. Sic-ut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sǽ-
cula sæcu- ló-rum. A-men.

CANTICI EVANGELICI BENEDICTUS VI. TONUS













CANTICI EVANGELICI BENEDICTUS VII A. TONUS




bis, ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum li- be-rá-
ti, * servi- á-mus il- li, in sanctitáte et iustítia co- ram i-
pso, * ómni-bus di- é-bus nostris. Et tu, puer, prophéta Altíssi-
mi vo-cá-be- ris: * præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vi- as
eius, ad dandam sciéntiam salútatis ple-bi e- ius, * in remissi-
ónem pecca- tó- rum e- ó- rum, per viscera miserlcórdiæ De-
i no-stri, * in quibus visitávit nos O- ri- ens ex al-to: il-lum-
ináre his qui in ténebris et in umbra mor-tis se- dent, * ad diri-




géndos pedes nostros in vi- am pa-cis. Gló- ri- a Patri, et Fí-
li- o, * et Spi- rí- tu- i Sancto. Sic-ut erat in princípio, et
nunc et semper, * et in sæcula sæ-cu- ló- rum. Amen.

## CANTICI EVANGELICI BENEDICTUS VII B. TONUS










géndos pedes nostros in **vi-** am **pa-c**is. Gló- ri- a **Pa**-tri, et Fí-



**li-** o, * et Spi- **rí**- tu- i **San**cto. Sic-ut erat in princípio, et



**nunc** et **sem**per, * et in sǽcula sæ-cu- **ló**- rum. **A**men.



## CANTICI EVANGELICI BENEDICTUS VIII A. TONUS



Be-ne-díctus Dómi-*nus* De- us **Is**ra- el, * quia visitávit et fe-



cit redemptiónem *ple*-bis **su-** æ; et e- ré- xit cornu *sa-* lú- tis



**no**-bis * in domo David, pú- *e-* ri **su-** i: sic-ut lo-cú- tus est



*per* os sanc**tó**- rum, * qui a sǽculo sunt, prophe-*tá-* rum **e**- ius:



sa- lú- tem ex i- *ni-* mí- cis **no**stris, * et de manu ómnium, *qui* o-



**dé**- runt nos: ad fa-ci- éndam misericórdi-am cum *pá-* tri-bus



**no**stris, * et memorári testaménti *su-* i **san**cti; ius-iu- rándum,



quod iurávit ad Abra-*ham*, pa-trem **nos**trum, * da- tú- *rum* se **no-**


bis, ut si-ne timóre, de manu inimicórum nostró- rum li-be-
rá- ti, * servi- á-mus il- li, in sancti- táte et iustíti- a co-ram
i-pso, * ómni-bus di- é-bus nostris. Et tu, pu- er, prophéta Al-
tís-si- mi vo-cá-be- ris: * præíbis enim ante fáciem Dómini pa-
rá- re vi- as e- ius, ad dandam sciéntiam salúta -tis ple-bi e-
ius, * in remissiónem peccató- rum e- ó- rum, per visce- ra mi-
sericórdi- æ De- i nostri, * in quibus visitávit nos O- ri- ens ex
al-to: il-lumi-náre his, qui in ténebris et in umbra mortis se-




dent, * ad dirigéndos pedes nostros in vi- am pa- cis. Gló- ri-
a Pa- tri, et Fí- li- o, * et Spi- rí- tu- i Sancto. Sic-ut e-rat
in princípio, et nunc et semper, * et in sǽcula sæ-cu- ló- rum.
Amen.

CANTICI EVANGELICI BENEDICTUS VIII B. TONUS










dent, * ad dirigéndos pedes nostros in *vi-* am **pa-** cis. Gló- ri-



